



Ce 419

1) Crassomachus (Fortignone)  
Scipio

no 2) - 21)

Ce 419 (1-19) D (Teil 17s)

MF (6)

2  
ORATIO PRO REPVB:  
LITERARIA,

An principem locum inter  
CAETEROS HOMINVM ORDINES  
vniuersos, etiam militares teneat,

OPPOSITA ADVERSVS LL  
*terarum humanitatis Momos, & artium liberalium mastigas,*

PRÆCIPVE IN  
GRATIAM ORDINIS EQVE  
STRIS ET MAXIME HONORA  
bilia familiarum, quæ in primis literarum con  
temptu offenduntur &c. Cum Oeco  
nomia Rhetorica,

A V T O R E

Cyriaco Edino Lunæ

B V R G E N S I.



MAGDEBURGI

EXCVDEBAT ANDREAS GEHEN.

M. D. LXXVI.

**AD GENTILITIA**  
**PARITER ET LITERATA NOBILITATE VIRI PRAESTANTIS ET DE**  
**Repub. literaria optimè merentis, Domini Andreae à Meindorff, charissimos filios Conradum & Gebhardum, Et**  
**virtute atq; fide antiqua eximij, strenui militaris Viri, D.**  
**Leonardi Kotzen, filium & hæredem vnicum relictum Hermannum, adolescentes eximia**  
**indole & spe longè vberrima,**  
**amicos suos colendos &**  
**optimos,**  
**Loco beneuolæ dedicationis &c.**



Visquis diuitias & foeti iugera campi,  
Quisquis habet multo pascua multa grege.  
Sorte sua foelix viuit, si nouerit vti,  
Sorte sua infœlix, nescius, ipse perit.  
Sed mihi diuitiæ, sunt hæc mea iugera campi,  
Gaudia sunt Musæ deliciofa meæ.  
Vlla subest siquidem, communes tendit ad vsus,  
Vtilitas nostris præsidiumq; bonis.  
Ergò Musarum communia munera **AMICI**  
Accipite, hæc animi candida signa mei.  
Illa dedi, quæ habui, dare nec maiora recusẽm,  
Ni mea fors arctis clausa foret spacis.  
Extra fortunam est, quicquid donatur Amicis.  
Quas dederis, Solas semper habebis opes.

Cyriacus Edinus  
L. L. studiosus.

O R A T I O.



**N** P. V B L I A N I M I M I S R E  
fertur neq; postremus est: Ingenuitas non re-  
cipit contumeliam, quo mores & affectus  
hominum excellentium, generosos ostendit,  
quorum familia & amplissima fama in Re-  
pub. passim celebratur, quæ quidem quò ma-  
ior est, eò ardentiore impetu & naturali quo-  
dam stimulo ad amorem honestatis & uirtu-

Exordiū  
à chria.

tum fertur, neq; ullam ignominia maculam impunè aspergi sibi patitur.  
Nihil enim intolerabilius honesto viro & vel Aetna grauius onus est, quàm  
cum infamia à maiorum illustrib. primordijs degenerare, & ab honestis  
eorum vestigijs declinare, radios gloriae paternae contaminare & nebulis  
inuolucere, quando par fasq; erat lucem natalium magis explicare, & hæc  
reditatem gloriosi nominis sanctè inuiolatam asserere, proprijsue virtutum  
monumentis amplificare. Herclè enim origo generis ex perantiquis an-  
nalibus parentum, quorum virtus domi militiaeq; viguit, honesta & lau-  
dabilis est, magnum fortunæ Deivæ donum & velut alterum idemq; opti-  
mum vitæ patrimonium, ea tamen imperfecta est, & ad veram gloriam  
sat momenti non habet, neq; remora, sed potius incitamento est, ad emu-  
lationem gloriae paternae, eam vt superes aut æques, aut certè ne minuas,  
ne illud Vlyssis in Aiacem, in nos etiam quadret:

Collatio  
alienæ &  
proprie  
virtutis.

Et genus & proavos & quæ non fecimus ipsi,  
Vix ea nostra puto &c.

Et Seneca ait: Qui genus suum laudat, aliena laudat, cum deccat Virtute  
magis quàm sanguine nasci. Tum verò egregiæ naturæ vehementiores  
magisue heroicæ honorum motus plerunq; habere solent, ingenerato quo-  
dam sensu ad virtutum culturam instructæ, & cotidianis vitæ exemplis  
assuefactæ, id quod magnum gloriae comparandæ calcar est & adiuven-  
tum, & proinde quò magis sui dissimiles sunt, eò insignem magis & le-  
uitatis & turpitudinis notam sibi inurunt, vt vulgò audiant, Optimam  
Parentis famam in vas spurcum influxisse & urinam fieri, id quod Epictet-  
ti est de insynceris philosophis. Quid enim in vita & ad omnem posteris  
tatis memoriam indignius, quàm illustria generis sui insignia tot laborum  
& periculorum ambiguis parta fatis, iactura famæ obnubilare, culpa

Gell. lib.  
17. c. 19.

Ab exem-  
plo maio-  
rum.

liberorum paulatim intercidere & prorsus extinguere? Longè enim præ  
 stabilis vel infimis parentibus nasci, atq; aliquam magnis obscuritatem  
 conciliare. Unde Harmodio contentam illam & multis communem ple-  
 beiorum parentum fortunam exprobranti, Iphicrates, Mei generis inquit  
 nobilitas à me incipiet, tua autem in te desinet. Neq; dissimile est illud ad  
 Atticum Anacharsidis philosophi, cum ob patriam Scythiam passim bar-  
 barie morum & nullis legum vinculis insignem ei illuderet, Mihi quidem  
 probro est Patria, scilicet Patriæ tu, referente Diogene Laertio. Hanc ob rem  
 vel præcipua & religiosa generis sui cura & aeterna eius recordatio esse  
 debet, ut velut in imagine maiorum virtutes oculis obuersentur, & quasi  
 per manum traditæ conseruentur atq; augeantur, neue occasiones illu-  
 strandi sanguinis apud humiliores intercipientur. Et sanè deliberatio  
 vertitur, de optimo vitæ genere, quo cum ab interitu paterni nominis glo-  
 ria vindicetur & extendatur, & hic quidem extra fortunæ aleam, Prin-  
 cipum popularemue auram, semper sui similis maneat & stabilis, neq;  
 cum ætate depercat: Res verò omnis subsistit aut in scientia liberalium ar-  
 tium & linguarum, & cuiusuis liberalioris disciplinæ cruditio, ceu in-  
 strumento Ecclesiæ & Reipub. feliciter regendæ, Aut sanè rei militaris  
 documentis occupatur, vnde magnitudo animi cum iustitia coniuncta ap-  
 pareat, & vim vi repellat, libertatem & communem politiarum pacem  
 conseruet, & focos arasue propugnet. Sed in quàm exiguo precio lite-  
 ræ, hoc seculo, & quàm frigidus earum amor apud plerosq; ipsa rerum  
 testimonia assunt, ut verbis opus non sit, quibus eò satius superfedemus, ne  
 iam passim sinistras de literarum studijs vulgi opiniones cumulemus, &  
 quod aiunt oleum camino addamus, nec animos teneræ iuuentutis pertur-  
 bemus, neue iam saucios melius sentientium hominum magis exacerbemus:  
 Id siquidem in medio & vel vulgi fabula est, literas humanitatis passim è  
 teatro explodi & spretas iacere, non esse de pane lucrando, non facere  
 πρὸς τὰ ἀλφίτα ἢ χεῖματα, & sanè ea est multorum doctorum fortu-  
 na, ut vel exiguo stipe mœreant & serviles operas elocent, vel si quos ho-  
 norum gradus & facultatum accessiones fecerunt, tum inuidiam fortunæ  
 comitem & insanabiles Sycophantarum morsus à tergo habent, quæ tri-  
 stes Erynnies etiam sapientissimos quosq; turbare & exitialia mala accer-  
 sere solent, quorum memoria pariter noua & vetus, acerba vulnera lite-  
 rarum Reip. inflixit & arduam secessionis causam fecit, ingenti Scholaz-  
 rum &

Plut. in  
Apoph-  
tegm.

Lib. I. de  
vit. philo-  
soph. in vi-  
ta Ana-  
charf.

Conclusio  
exordij.

Transitio  
ad narra-  
tionem.

Narratio  
duplici  
themate  
figura a.

Extenua-  
tio thema-  
tis prioris  
per anti-  
them.

A contem-  
tu vulgi.

rum & Ecclesiarum scandalo & detrimento. Sed & inquit pleriq; A difficultate.  
 studia liberalia indefessum & infinitum afferre laborem, fastidiosam ale-  
 re molestiam, spaciosum sua amplitudine circumscribere tempus, animum  
 liberrimum mentemue serenam, imò vniuersum efflagitare hominem: Sed A fortuna  
 & infelicitate cadere, & in medio cursu remoram occurrere, damnum  
 peculij patrimonijue incurrere, alumnis etiam valetudinis iacturam fre-  
 quenter inferre, & vitæ curriculum incerto commodorum euentu præci-  
 pitare: Tum verò eos ipsos qui solidum in literis profectum fecerunt, inane  
 & omnium rerum egenos contemulamur, quibus aut munia vocatio-  
 num legitimarum deficiunt, aut salaria nimis accisa ne ad quadram suf-  
 ficiant, erogantur. At hoc grauius, iam in publicis politia vel Ecclesie  
 gubernaculis constitutos, & florere quidem, sed velut in alicno hospicio  
 & lubrico gradu consistere, nisi subindè dissimulent et popularem auram  
 venentur, sed & collum obuelent & os obturent, & ad monarchæ seu  
 tyranni potius nutum communemue promiscui vulgi applausum conuiue-  
 ant & obticescant. Ea sanè vel maxima infimorum hominum seruitus est,  
 suam fortunam in manu vel vnius vel vniuersæ multitudinis positam habe-  
 re, ea extrema dementia, quod scias nescire, à veritatis & iustitiæ lege  
 violenter exorbitare: Hinc ille stimulus & fulgura conscientia nasci so-  
 lent, &

Tristia perpetuos curarum pectora morsus,  
 Fine quibus nullo conficiantur, habent.  
 Nec prius hi mentem stimuli, quam vita relinquent,  
 Quiq; dolet, citius quàm dolor ipse, cadet.

Quid. lib.  
 1. de Pon-  
 to.

Neq; mirum, si literatos plerunq; iniuriæ comitentur, fortè quod mansue- A facili-  
 to sunt animo, & imbecilliores vindictæ neruos habent, ideoq; iniurias  
 musitare & deuorare eos oporteat, insuper aelis gratijs, cuius rei expe-  
 rientia plus satis aulica est, vnde rogatus quidam, Quomodo euaserit tres  
 tyrannos Caligulam, Claudium, Neronem, Nisi inquit accipiendo iniurias  
 & dicendo insuper, Deo gratias. Aulicæ enim vitæ hæc regula est, iniu-  
 rijs assuescere, & ad contumelias obsurdescere, instar canum & vulpium  
 pessundari, neq; mutire, ne my quidem ἢ γῆν. Quæ verò dissensio ani-  
 morum, quæ ἀντιπάθεια magis quàm aquæ ignisue elementis, ἢ  
 ἀσπονδὸς πόλεμος ἢ ἔχθρα ἀκήρυκτος inter aulicos & doctos vi- Ab ordine  
 ros intercedat, præsertim equestris ordo docet, cuius longè maxima pars equestri-

Ab ordine equestri. procul à limine Musarum discessit, cum quod nobiles viros vilium disciplinarum pudeat, tum etiam ut infausto sydere nati aiunt, earum inscutia planè exilis sit, & à plebeijs passim & gregarijs scholarib. suppleri possit. Quinetiam eodem errore vel potius fascino seducti familiae equestris viri, qui originis suae splendorem doctrina optimarum rerum illustrarunt, & gentilitiam pariter atq; literatam nobilitatem coniunxerunt, nescio qua religione & inuerecunda verecundia obstricti tenentur, ne in arenam descendant, eruditionis & sapientiae suae fructum in communem Reip. usum oratione & consilijs expromant, eamq; salutaribus meritis sibi deuinciant. Huiusmodi ergò literarum humanitatis obstacula leuia non

Ab artib. mechanicis & negotiatoria.

sunt, & magnum apud plerosq; ingenij seruilis homines momentum habent, qui à ludo literarum vel ad officinas mechanicas, vel tabernas negotiatorias secedunt, ideo, quod & earum ministerio vitae honestè & populariter agenda via sternitur, minori quidem molestiarum tædio, magis exiguo sumtuum & temporis preciosissimi dispendio, maiori verò rei familiaris & certiore compendio. Neq; enim opificia manuaria, aut honestos mercatorum contractus reijcimus, imò quibus humana consociatio omninò carere nequit, magnifacimus, quorum exercitia maiori etiam cum voluptate & ioculario velut studio frequentantur & expediuntur, & proindè fomite aucupij & leuioris operæ fiducia maximam humani generis partem alliciunt & in maiori precio habentur. Huc pertinent utut dissimilia sunt, studia aulicorum, quorum vniuersa vita equitando, venabulis, sagittis & globis tormentorum eiacularandis, & prolixis sepe Lucullianarum cænarum mensis occupatur, ipsi sibi indulgēt, sed et ut coeci Dominorum gulæ, ita Principum ingenijs indulgent, eorumq; placitis uti oraculis acquiescunt, ijsq; ferè negantib. negant, aicntib. aiunt, foresq; ad lubricam terrestris sui Numinis gratiam & summa honorum fastigia aperiunt, & quæstum multò vberrimum faciunt. Neq; alia vitæ desunt genera, quibus honestè viuitur, & abundè copiarum acquiritur, quæ longè minus, atq; literarum studia, bonorum & vitæ naufragium habent, & propiorem portum ostendunt. Vnde non inconcinna Martialis querela est & indignatio,

Conclusio cum Epiphonemate.

Frangere leues calamos & scinde Thalia libellos,  
Si dare futuri calceus omne potest.

Propositio Sed sinistra & peruersa ea hominum est de re literaria opinio, quæ existialem



tialem ordini scholastico cladem peperit, & lethalem pestem Reip. inue-  
 xit, animis malè iudicantium eximenda & funditus extirpanda, & ut  
 Poëta elegiographus inquit, Ense recidenda est ne pars sincera trahatur,  
 id quod tum fieri posse videtur, modò eiusmodi populares rumusculos  
 & erronea præiudicia legitimis rerum argumentis refutemus, & velut  
 vepres & salebras quibus ad ipsa sacra & intimos Musarum recessus via  
 impeditur, auulsas loco moueamus. Atq; equidem licet nemo eat infir-  
 cias, calumniosas passim in literatos spargi & mordere voces, & sibilis  
 eos ex theatris explodi, quæ ne homo tresis quidem aut triobolaris ferat,  
 existimationis læsa maculam & Attici aspectus ignominiam portare,  
 atq; societate æqualium excludi velit, Ideoq; eam conuiciorum contume-  
 liam eos viros, qui ornamentis illustrib. doctrinæ & morum alijs prælu-  
 cent, ferre magis indignum & minus dissimulare oportet, quorum glo-  
 ria sublimi & aperto loco posita alios splendore sui imitari debet. Sed  
 ut calumnia etiam turbat sapientem, & frangit robur eius, ut Ecclesi-  
 stes inquit, tamen eiusmodi scommata sunt idiōtarum & temeraria pro-  
 phani vulgi iudicia, diabolica hostium Ecclesiæ & salutis publicæ somnia  
 & fanatica phantasmata, quibus κακοθυμία καὶ ἐπιχαρική κακία in  
 clāssis literariæ homines produunt, & βλασφημία innatam ostendunt,  
 quòd ne micam aut umbram quidem doctrinæ liberalis in se habent, caudice-  
 ces, stipites, trunci, asini & loco & laude longè inferiores longo gradu  
 eos subsequuntur, inconditi & ebriosi Centaurorum & Lapytharum sunt  
 clamores, quorum vita & oratio Epicureismum sapit, nulla morum  
 honestate & actionum ciuiliū ratione adhibita, & proinde quæ quot  
 sunt eiusmodi contra liberales disciplinas strepitus, cœu Syrenum cantus  
 Vlysses obturatis aurib. præteruectus est, nos animi sapientis moderatione  
 & magnitudine quadam superare, easq; inanes verborum maledicorum  
 bullas leuib. uentis committere decet & oportet. Sicut enim ex ordine  
 causarum naturalium, in Sole ambulanti umbra comitatur, ita uel  
 fortuna uel magnifica solidæ gloriæ forma, quæ ad miniculo literarum  
 comparatur, in oculos hominum incurrit, & animos inferiorum quibus-  
 dam aculeis stringit, atq; sui æmulationem gignit, cuius metu quis homo  
 sapiens ita perterrefiat, ut non potius munia uocationis suæ alacrius per-  
 sequatur, neq; spem bonam foueat, quin nihilominus quàm lux Solaris  
 umbram anteuertit, ita splendida doctorum uirorum fama obtrectatio-  
 num tes

Prima ob-  
iectio à ca-  
lumnijs.

A minori  
ad maius.

Confuta-  
tio.

A necessa-  
rio.

Secunda obiectio ab indignitate calumnix, num tenebris uindicata conseruari possit. Tum uero licet nemo cordatus & erectiore animo inficiabitur, eam esse petulantissimæ multorum male dicentia uirulentiam, ut mordacissimos Theonis sermones tolere potius, uel etiam rabiosos Bionis dialogos, atq; Archilochi iambos & agentia dicta Lycamben audire malis, quod eiusmodi conuicia & existimationem ledere, sed & labem aspergere uidentur, ne commodus amplius silentio locus esse queat, & quod tralatitium est, lesa sepius patientia fiat furor. Sed uti dicere cœpimus, Vlysses aures obsurdescere potius, & se malo alligare, quam illecebris ueneficarum & adblandientium Thaidum acquiescere uoluit, ita animi motus efferuescente bile nihilominus moderari & compescere, iramq; ratione præuerrere nos oportet, & famam nostram ex calculo rectius sentientium metiri, uel etiam foro uti quod aiunt consultius, ne quid ab existimatione nostra alienum committamus, neq; à nobis ipsis uirtutum & sapientia extremis fortè transgressis, degeneremus, sed ueritatem opinionis nostræ ipsis rerum documentis testatum faciamus. Pulchrum sanè scire, eademq; optima facere, uelut adolescens ex Eretria insula Eubocæ, ubi literis operam dederat, & præstantem philosophum Zenonem audiuerat, tandem domum reuersus, qui cum à Patre quidnam doctrine reportaret, rogatus respondit, Se fidem studiorum suorum, non uerborum elogijs, sed rei ipsius potius argumentis, pro nata occasione confirmaturum, neq; longo interlabente temporis successu, fortè à Patre criminatus cæsusue, eam Patris iracundiam patientia uicit & hac modesta responsione correxit, Hoc se didicisse, VENERARI PARENTES. Neq; uero ut uetus dictum est, aduersus Sycophantæ morsum ullum est remedium, & si quod est, hoc erit uel præsentissimum, constantia quadam & dissimulatione offensionis, maleuolas terræ filiorum debacchationes contemnere, & risum Sardonium risu quasi pensare, neq; minus atq; scopuli marinis fluctibus percussi repercutiunt, sagacitate ingenij eius reuerberare atq; eludere. Quidnam magnus ille Socrates, cum ab homine scurra indignissimè colapho peteretur, non aliter ultionem de eo sumpsit nisi dicto, Quid si asinus percusserit, ane recalcitrem? Iniqua sanè pœnæ cum delicto commensuratio, quum prior in publico, à plebeio & infimæ sortis fortè nebulone, iniustas manus senserit, nihilominus iniuriam dissimulare & autoritatem sui nominis monstro hominis bruti et Arcadico pecori opponere, & quò minus cum eo consisteretur, eam dignior rem &

rem & illibatam esse uoluit, quod ipsum grauisissimi uiri Q. Metelli ex  
emplo constat referente Gellio lib. 6. c. 11. Neq; multò aliter, nisi quod  
etiam benefactis malefacta pensauit, Pericles ille in Rep. Attica illustris  
orator, qui cum totum diem ab aduersario conuicijs proscissus erat, cum  
etiam impunem cum lychno per suum ministrum deduci iussit. Id enim re  
gium uti M. Alexander dixit, Benefacere & malè audire, Id heroicum  
uti eius præceptor Aristoteles, Ferre iniurias non inferre. Idem uidere in **A simili**  
generosis licet equis, qui inanes strepitus & allatratus canum imperterri  
ti preteruchuntur, rectoq; gradu quem cœpere feruntur, uelut hoste cui  
se apponant & dignum ex eo trophœum reportent, multò inferiore et  
fugitiuo. Neq; enim interest nos ab eiusmodi leuibus, incultis & Thraso **A pari.**  
nicis ingenijs laudari uel culpari, quòd nullum sapientis animi iudicium  
habeant, & pro uago naturæ impetu censuras iniquas agant, quibus sus  
fragia dedere, mox auferant, & ceu nauicula fluctibus impulsa hinc in  
de titubent & uacillent, ut uel uituperium uel laudem ab ijs profectam  
parum differre & eodem passu ambulare existimem. Nisi fortè quod ue **A futli tes**  
risimilius est, uituperari bonus à malis, quàm laudem mereri malit, cum ea **nuitate**  
quæ inter utrosq; ingeniorum & uoluntatis atq; morum (ut musicorum **vulgi**  
prouerbio utar)  $\delta\iota\epsilon\ \delta\iota\ \alpha\ \omega\ \sigma\ \omega\ \rho$  intercedit similitudo, dissimilem iudicij  
& studiorum regulam faciat, ita ut experientia magistra, quæ sunt in  
opinionem uulgi collocata, à curijs sapientum plerunq; rideantur, & ceu  
odiosi graculorum sonitus, ceu fabulæ aniles & poma fugacia Tantali res  
ijciantur & explodantur, quum à ueritatis scopo uulgi longè aberret,  
collimans nimis obliquè atq; oculis malè lippus inunctis. Quam ob rem  
uero uerius est, quod quæq; res quò in maiore apud promiscuam plebem  
contentu est, eò dignitate magis excellit, & uice uersa, quod in admira  
tione & oculis uulgi uersatur, id sapientum iudicio & reuera uiliss  
imum & uanissimum est. Vanitas enim ea mundo naturalis est, ex natua  
mentis caligine, quæ solidà bona non agnoscit, & cœco impetu ad ea ra  
pitur, quæ pulchritudinis & utilitatis solam speciem habent. Huc ergò **Epilogus**  
oculos & animum inter eiusmodi perturbationum aculeos flectamus, &  
sub hoc uirtutis & bonæ conscientie nostræ uelut scuto consistamus, una  
de certissima præcipitis & afflictæ animi consolatio ad nos redire, & efi  
ficacissima uirulentæ calumnie medela peti poterit. Hoc enim demum so  
lidæ laudis est, à uiro laudato laudari, id quod Hectori Næuiano asseris  
**B** bitur.

Cic. in  
epist. fam.  
epist. 69.

Confirma  
tio propo  
sitionis à  
dignitate  
artium.

II.  
Confirma  
tio ab au  
toritate  
diuina.

Antithesis

Danie. 12.

Occupatio.

bitur. Sed propius ad rem accedamus & altius prout negocij amplitudo  
poscit, inquiramus, quæ suffragia passim in Repub. Ecclesiastica & ciuili  
li uirtute, pietate & sapientia maximè uirorum eminentium dignitas li  
terarum mereatur, & in medio erit, supremam disciplinis liberalib. glo  
riam præ reliquis artificum inuentis & hominum munijs deberi, de quibus  
quòd longo passu sequuntur, & ministerio Reip. literariæ carere ne  
queunt, meritò triumphum agant. Nam artes liberales nomen summi boni  
iure gerunt, eius quidem quod à supremo numine profectum, saluti Ec  
clesiæ, Scholarum & Reip. inseruit, cuius opera & usus, modò ex  
trui, conseruari & ad posteros propagari debeant, omninò necessarius est,  
id quod eos potissimum quorum gubernaculis reguntur, experiri & fatea  
ri oportet. Imò si exquisitam rationem ineamus, proximas partes post  
salutarem doctrinam & cognitionem Dei, coeleste liberalium artium do  
num obtinet, quod & illæ suam ex mente & sapientia diuina originem  
habeant, & proinde Arabici instar, sed & inestimabilis thesauri censer  
debeant. Nisi enim eiusmodi esset bonarum artium præstantia, ut reliquis  
bonis in uniuerso genere humano latè antecellat, sacræ literæ imò Deus  
ipse literatis & Ecclesiæ D D. adeò uenerabile nomen non designasset,  
quum eos gloriatur ministros suos, legatos & angelos, uti passim & præ  
sertim in Haggeo & Malachia prophetis, ideò fortè, quod munijs uoca  
tionis & relligione professionis, proximè angelos accedunt, Dum sacra  
iura docent homines, Superosq; precantur. Vnde consequitur eum quidem  
maximam ab angelis & diuinitate ipsa secessionem facere, qui à foribus  
Musarum alienus contrariam uiam sequitur, Tum uerò quisquis literis  
inimicus bellum indicit, seipsum angelis & Deo hostem facit. Præterea  
quo Propheta Daniel præconio doctos efferat, & quasi triumphali coro  
na insigniat, notius est quàm ut asscribam, Certè suauissima omnibus pijs  
& inexhausta consolatio & quasi Δεληγιορ est, cuius magnitudini &  
uerba & humane cogitationes impares sunt, modò radijs corporum cœ  
lestium mortalia corpora paria esse debeant. Quandoquidem uerò eiusmodi  
exaltationis gloria ijs tantum fortè consentanea, qui illustrib. Dei donis  
insignes supereminet, heroico & inimitabili rerum gestarum exemplo  
alios antecellunt, & magnum nomen compararunt, Tamen quòd & dona  
dissimilia, neq; quisquam maiora uiribus tentare, neq; extra stationem  
suam cedere debet, ideò depositi concrediti rationem reddere, & debitam  
demandat

*demandatae provinciae fidem prestare operae precium, & in magnis uoluisse sat erit, dignissimo futuro praestitae operae salario* *νοὺ δ' ἰδ' ἀκτῶ.*  
*Alia enim alijs competere pro ratione munitiorum & uirium dissimili constat, ita ut excellentibus simul & mediocribus ingenijs singulae partes analogia Geometrica relinquuntur, & ab hoc plus, ab illo minus operae expectari debeat, pulcherrima in sacris Christi docente parabola. Vni cuiq; enim nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.*  
*Atq; uti coepimus dicere de excellentia summi boni, quod ex literis profluit, huc illud Xenophontis omnino spectat, apud quem potentia & diuitijs magnificentissimus rex Lydorum Croesus, ad uictorem Cyrum ait, Artes esse fontes bonorum: Sapientissimum mehercule & dignissimum tanto Principe apophthegma, ideo maximè uerò, quod & se subiugato & regno amisso opulentissimo, dubia etiam uita, solas artium reliquias in celeberrimo literarum emporio Sardis tutari & ab interitu communi uindicare uoluit, Censuit enim sapiens & studiorum amans Princeps, artes esse tanq; scaturiginem & limpidissimum fontem quendam, unde riuuli omnium uirtutum promanant, & quidem aquis copiosis & fundo inexhausto nimirum ex autore Deo ipso, ex cuius pectore artes profluxerunt, quarum dulcissimis fauis maxima quaeq; imperia quasi pota, primum spiritum ceperunt, incrementa habuerunt & effloruerunt, ita ut summo iure artes diuinitati consecrari debeant & esse proinde inuiolabiles. Sapiens & ueneranda antiquitas commentitia numina multo numero effinxit, dedicauit & ceremonijs cultuum excoluit, quum diuersis terrae satis, Elementis alijsue donis Dei singulis, singula numina & patronos ascriberet, fluuijs & fontibus nymphas Nereides, Naiades & Napeas, memorib. Dreyades, arbarib. Hamadryades, montib. Oreades & c. Vnde Politianus in rustico:*

*Vda choros agitât Nays, decurrit Oreas  
 Monte suo &c.*

*Neq; dubium est eò dementiae non delapsos eos maximè qui & loco & tempore proximi primo patrum seculo fuerunt, ut tot Deos Deasue comminiscerentur serio, & reuera θεογονίαν Hesiodicam esse crederent, sed uero magis simile, ijs pro excellenti ingenij acie, bona huius mortalis uitae in summa admiratione fuisse, quae coelitus Deo autore ueniant, inter seditiones, migrationes, mutationes & excidia totarum gentium & regnorum conseruentur & augeantur, ideoq; Superis & muneri diuino ascribuntur.*

Luca 12. in fi.

Ephe. 4.

Roma. 12.

1. Cor. 12.

III.

Confirma

tio ab au-

toritate

Xeno-

phontis.

Lib. 7. de

praedia Cy-

ri.

Palinge-

nus in

princ. A-

rietis.

A minor-

ad maius?

Magis

Pont. lib. 1.

2. de Stell.

Virg. lib.

4. Georg.

& 6. Aen.

Gell. lib. 5.

c. 12.

bantur. Sed & fana & sumtuosissimi nominis templa fictitiorum numi-  
num extruxerunt, Iouis, Apollinis, Dianæ &c. Fortunam etiam, Iustitiam,  
Fidem sacris & deitati iniuriarunt, & templis splendidis atq; cerea-  
monijs cohonestarunt, quorum quidem sacrificia & idololatriæ abomina-  
tionem habent, & abusus traxerunt post se maximos, licet fortè optimi  
quiq; primis inijs Dei dona agnoscere & celebrare uoluerunt. Vnde quis-  
dam è Poëtis nostris Germanis uenustè,

Non ita sum torti capitis vertigine demens,  
Vt Phoebum & Charites suspicer esse Deas.

Sed quia non Phoebi lux foecundissima, Vatum  
Pectora nec Charitum gratia destituit:

Sic vis ingenij & morum dulcedo bonorum,  
Nominib. magnis significanda fuit.

**A simili.**

Sed nonne multò maximus usus aquæ, & adminiculum uitæ ita necessa-  
rium, ut eo nulla creatura carere possit, & meritò Pyndarus asseruerit  
ἄξιόν μὲν ὕδωρ, ut nisi tellus mater rerum arida & effoeta rursum irri-  
getur, & quasi nouas iuuenta uires recipiat, uterum claudat & pabu-  
lum mortalib. subtrahat, nisi inquam quicquid animalium spirat, elemen-  
to aquæ fruatur, contabescat & extinguatur, id quod dulcissimis suis  
odis rex & propheta David latius persequitur. Et utut leuiuscula decur-  
rentis hinc inde & superflue aquæ species uidetur, uitæ tamen uniuersæ  
alimentum est, quo non minus quàm aëre indiget. Ea siquidem & non  
dissimilis forma & fortuna est liberalium artium, quæ in leui apud pler-  
osq; sunt precio, imò spretæ humi iacent, cum tamen amplissima carum  
utilitas ad omnes politias redundet, inq; singulos hominum status sese dif-  
fundat & explicet, ut etiam parem cum ipsis elementis usum habeant, nisi  
pecuinam & Cyclopicam uitam uiuere malimus. Sed & artium amœnæ  
& saluberrimæ uisuntur scaturigines, Academiæ nimirum & Scholæ, ex  
quibus rursum alij hinc inde sese deriuant riuuli & cœu canales quidam,  
unde doctrina optimarum literarum & uirtutum depromitur, & copia  
quadam exhauritur atq; in omnium quasi sinum spargitur. Prior quidem  
riuulus ad Ecclesiam tendit, quòd eruditio artium logicarum in Scholis  
præcipua sit & esse debeat, cum sint regula & uelut amussis, ad iustam  
& methodicam doctrinæ cœlestis explicationem, ita ut rectè & integrè  
intelligi & contraria argui & refutari queat, sicut docet D. Paulus in  
epistolis

**Psal. 65.**

**& 104.**

**Applicatio**

**Riuuli ar-  
tium.**

**Primus  
riuulus.**

epistolis suis & uult Dei uerbum  $\delta\epsilon\theta\alpha\sigma\omicron\mu\epsilon\tau\iota\mu$ . Vnde apparet artes pri- 2. Tim. 2.  
mos, cognitionis diuinæ quasi duces esse, & officinas in quibus proponi- Tit. 2.  
tur decalogus, qui est diuinorum cultuum & uirtutum omnium funda-  
mentum, esse item speculum, in quo clucet imago ipsius diuinitatis, essen-  
tiæ scilicet & uoluntatis diuinæ &c. Hic ergo riuulus omnium quotquot  
sunt celeberrimus, neq; etiam fluentis auro manantibus Tago, Pactolo,  
Hermo, Idaspi nulla sui parte comparandus erit. Proximus riuulus pergit **Secundus**  
ad politiam ceu ciuilem gubernationem, cum artibus cognoscendis cogni- **riuulus.**  
tio simul & amor iustitiæ ciuilibus animis instilletur, proposita nimirum in  
Scholis morum doctrina & equitate philosophica, quam analogiam  
Arithmetica & Geometrica nuncupant, ut in rebus earumue commu-  
nicatione una eademue æqualitas in infinitum seruetur, nullo habito per-  
sonarum respectu, & suum cuiq; siue ille supremus consul siue carnifex,  
æqualiter tribuatur, & ut inquit Euripides  $\iota\sigma\omicron\mu\ \delta\sigma\iota\ \nu\omicron\mu\ \mu\omicron\mu$ . Res enim  
in suo genere sunt & manent eadem. Proinde Cyrus ubi tunicas alienas in-  
uicem commutasset, neq; suam cuiq; Domino restitisset, non iniuriã a ma-  
gistro suo plagas accepisse apud Xenophontem traditur. Rursum in perso- **Lb. 1. de**  
nis quoniam sunt dissimiles, & prout uultu et externis membris, ita inter- **pedia Cy-**  
nis animi bonis uariant, magna omnino dissimilitudo seruetur opus est, **ri.**  
cum alteri conueniat sceptrum, alteri plectrum, prout cytharædus Strato-  
nicus regi Ptolomæo scribente Athenæo respondit. Et uenuste Plinius nar- **Lib. 8.**  
rat de Appelle, qui Alexandro M. in officina multa imperitè de pictura **Lib. 35.**  
differenti comiter suasit silentium, admonens illum rideri a pueris qui co- **c. 10.**  
lores terebant. Voluit enim ostendere maximè consentaneum esse propor-  
tioni Geometricæ, ut quam quisq; norit artem, in ea se exerceat. Sed & **Cicero**  
beneficio artium atq; linguarum, historiarum notitia comparatur, quæ **Lib. 1. de**  
cum omnibus tum præcipuè ijs, qui gubernaculis rerum præsidet, in ex- **Tusca. 35.**  
cellenti commendationis gradu & familiarissima esse debet, si respicias **quæst. 1.**  
magnitudinem commedorum & necessitatem ipsam, quæ maior est, quam **Lectio hi-**  
ut referre liceat, neq; extra chorum saltandum. Saltem encomium ex Thu- **storiarum**  
cydide hoc afferam, Historia est thesaurus qui nunquam è manib. excide- **Initio hist.**  
re debet, ut eo adiuti similia negocia, paresq; casus in Repub. commodius  
tractemus, quando causæ incidunt ferè semper similes. Certè enim formam  
Reip. ueteri seculo & maiorum nostrorum ætate intueri, uarietates ca-  
suum mundi, leges & consuetudines, consilia & euentus agnoscere, res  
inestimabilis

estimabilis est momenti ubi simul uelut in pulchra imagine, uaria uirtutum simulachra depinguntur & regule uitae traduntur, unde quod De mea Terentianus ait, exemplum quod tibi ex usu fiet, capere licet, cum ex uitio alterius sapiens emendet suum, prout mimus Publiani habet. Sed et ea heroicarum uirtutum gloria & contemplatio, liberalibus ingenijs incitamento & uelut fomes est, quo ad amorem & imitationem laudabilium rerum accenduntur & inflammantur, ut & Ouidianum tritum illud:

Laudataq; uirtus

4. de Pon-  
to.

Crescit, & immensum gloria calcar habet.

Plinio te-  
ste.

In uita  
ca. 6.

Lib. 8.

dec. 3.

Lib. 8.

Neq; enim dubium, quin conspectus ille uirtutum in gloriosissimis quibusq; uiris longè iucundissimus, & in animis honestis efficax & quosdam quasi aculeos post se relinquat, atq; turpitudinem scelerum odibilem atq; inuisam reddat: Tum ergo quae primas partes obtinet, in amorem sui optimos quosq; allicit. Moderatio & clementia excellentis Principis Iulij Caesaris, qui etiam usq; ad poenitentiam clementiam erga hostes exercuisse fertur, eiusq; nomine Clementiae templum conditum autore Plutarcho: M. Antoninus etiam apud Volcatium ex multa clementia caesarem Deum facit & exclamat &c. Sed et religiosam sui culturam merebitur Munificentia seu liberalitas eiusdem Caesaris, qui saepius in ore habuit, Se uel tum in priamis ditescere, cum bene merentes aliqua munere prosequeretur ut d. loco. Item Cyri qui apud Xenophontem iurat per omnes Deos, se maiore uoluptate affici, cum alios beneficijs afficiat, quam cum seipsum ditet. Et optimi principis inter plerosq; Romanos Titi, qui ad aulicos crebrius in haec humanissima uerba prolapsus, Non oportere quenquam a latere Principis tristem discedere. Tum uero in admirationem ueniet Humanitas & comitas Scipionis apud Liuium, Traiani apud Eutropium aliorumue, Ut etiam Sigismundus Imp. in usu sermonis habuerit, Beatas esse Resp. si exclusis superbis uiros mansuetudinis & misericordiae in curijs assessores haberent: Et crebra memoria de duce VVirtembergensi Eberhardo frequenter tatur, cum pro paterno in subditos affectu, tutum et solum in cuiuslibet suorum ciuium gremio dormire potuisse. Eandem humanissimi animi laudem noster Carolus V. M. ille germanicus meretur, qui licet inter aestuantes hostium suorum procellas, & recurrentes negociorum atq; curarum quasi Euripos, morborumq; cruces perpetuo conflictaretur, nihilominus patientes cuiq; uel holitori accommodauit aures, manus benignas porrexit.

& re



Et re consilio communi prudentum suorum deliberata, ipsa spe fideq; cele-  
 rius responsa expedit et humaniter dimisit. Simili laude Cæsar huius se-  
 culi, Romanus Maximilianus 2. ab ijs maximè fertur, qui continuo penè  
 dierum interuallo se sistere et audientiæ copiam dare, neq; fata causarum  
 procrastinare, eum coram oculis uiderunt, et seueritatem eius insigni  
 temperatam lenitate ipsi experti sunt. Quæ quidem humana et iustitiæ  
 amica seueritas, in gubernatoribus ita necessaria, ita laudabilis est, ut le-  
 gum Rom. autoritate præscribatur in pulcherrima l. obseruandum 18. de  
 off. præf. Adde humanissimam l. perspiciendum 11. de poenis. Quam quis-  
 dem curijs omnib. ascriptam, iudices ceu Iustitiæ imaginem intueri sub-  
 indè, imò in sinu et scrinio pectoris reconditam perpetuò gerere debebant.  
 In quam sententiam Plato, Salutem ait Reipub. dubiam sed et nullam esse  
 posse, quæ a philosophis h. e. ijs qui humanitate et modestia præstarent,  
 non gubernaretur et c. Præterea ex studijs literarum augusta illa eloquen-  
 tiæ maiestas petitur, cuius ductu arcana mentis concepta quasi in aper-  
 tum campum sistimus, et quibusdam sermonis delitijs condimus, auresq;  
 animosq; frequentissimarum concionum in nostram sententiam trahimus,  
 qua in re quid momenti positum, in negocijs præsertim arduis Reip. et  
 priuatis, usus fori et consiliorum ostendit, καὶ πῶλιν ἀνδρα δ' ἰδ' ἄσκει.  
 Siquidem enim ex eloquentiæ dono tantum hominum consociationi emolu-  
 mentum est, ut eo carere nequeat, uel omnium maximum inter scientias  
 uitæ affert ornamentum, et præter magnam opum uim et splendida hos-  
 norum præmia, quibus Romanos pariter et Græcos oratores cumulauit,  
 eos immortalis nominis et famæ gloria celeberrimos consecrauit. Hinc er-  
 gò fulmina Periclis, qui totam eloquentiæ uim Græciam miscuisse fertur, in  
 cuius labris ueteres Comici leporem habitasse aiunt. Hinc Attica elo-  
 quentia, Attica Musa, Hinc illa uulgi uox: Hic est ille Demosthenes.  
 Quantus orator? Hinc illa Carneadis eloquentia, qui nullam causam des-  
 fenderit nisi probarit, nullam oppugnauerit nisi euerterit: Tum ergò il-  
 lud Lucani lib. 7. de bel. ciu. obtinet:

Addidit inualidæ robur facundia causæ.

Nam ut Hom. ait:

Quem Deus eloquio ornauit, Spectare solemus,  
 Attentiq; audire omnes, cum dulcia fundit  
 Verba uerecundè, ciues uerisq; gubernat

Consilijs

Eloquen-  
 tiæ studiū.

Cic. lib. 3.  
 de Orat.  
 Cic. in 5.  
 Tusc.  
 Gell. lib. 7.  
 c. 17.  
 Val. Max.  
 lib. 8. c. 7.  
 Cic. in lib.  
 de Orat.  
 Vide Gell.  
 lib. 5. c. 1.

Virg. 2.  
Aen.

Tertius  
riuulus.

Gell. lib. 3.  
c. 6.

Lib. 6.  
Aen.

Consilij &c. Item,  
Conticuere omnes, intentiq; ora tenebant.

Tertius adhuc superest riuulus, singulorum commodis deseruiens, & suos latices in omnium sinus diffundens, eorum quidem quibus uel fortuna ad blanditur uel aduerso fato repugnat, qui animi & corporis integritate ualent, sed & membrorum imbecillitatem mentisue aegritudinem sentiunt, et prout aut pluit aut claro iam Iupiter aethere fulget. Neq; enim existimo literatum, qui nesciat fortunae uicissitudines, cum sphaerico globo insistet & facile loco moueatur, sed & nunquam requiescat, ideoq; carbasa eius ceu remis quibusdam contrahat, ne in altum tuto minus ferri et scopulo impingere possit. Id quod uel unico in historia Sesostris memorabili documento monemur, qui cum a quatuor sub iugum redactis regibus curru aureo gestaretur, & unus ex regibus saepe respiciens rotam intueretur, hunc rogat respiciendi causam, Cui respondit intuens rotae, uolubilitatem, in qua mox summa mox ima fiunt, cogito de nostra fortuna. Idem conuerso ordine decet hominem literis & prudentia praeditum, ne procellis turbulentis fortunae animis succumbat, sed clauo rationis gubernet, & patientia spem uitae melioris foueat atq; eluctetur. Infimi enim animi est, & hominis parum sibi constantis, qui perpetuum uitae tenorem somniet, cum naturae ipsius & causarum naturalium cursus longe uariet, & magis quidem, qui fortunam secundam ferre, sed aduersam nequeat, id quod calculus sapientum procliuius est. Ferunt etiam de palma, quod oneri imposito renixa & securi cesa magis magisque crescat, ut ad imitationem fortitudinis huiusmodi in natura propositae Virgilius nos instigare uideatur.

Tunc cede malis, sed contra audentior ito,  
Quam tua te fortuna sinat, Via prima salutis  
Cum minimè reris caeli pandetur ab axe.

Sed & nulla uoluptas ad sanos pariter & afflicto corpore, quam ex honestis disciplinis efficacior redit, nulli Musicarum uocum moduli, nullae epulae, nullae symposiorum, pomparum & spectaculorum solennitates adeo hominem cordatum suauiter afficiunt, quarum omnium rerum, etiam deliciosissimarum omnino satietas est: Sola lectio & cognitio liberalis doctrinae magis energiae habet, & arcanam quandam interioribus animi sensibus affectionem infert, & quibusdam delectationis stimulis & incrementis subinde crescere facit, ita ut molestia fastidij facile non obrepat, & potius aliarum

aliarum rerum tædia fuget & suffuretur. Quis enim neget lepidissimis  
historiarum & apologorum narrationib. dulce temporis & curarum in-  
esse condimentum & suauissima acroamata, quæ sensibilem animi recrea-  
tionem pariunt? Inde consilia eorumue successus, inde hominum naturas  
& mores cognoscimus, & uelut nouam ueteris seculi formam contempla-  
mur, quæ sunt prima ad comparandam sapientiam & rerum usum maxi-  
mè salutaria germina. Quò omninò Cicero respexit cum ait: Multi cùm in Lib. 5. de  
potestate essent hostium ac tyrannorum, multi cùm in custodia, multi in finib.  
exilio, dolorem suum doctrinæ studijs leuarunt. Tum uerò uarijs locorum  
sitibus & regionum contemplationibus occupamur, etiam regionis superio-  
ris, & inimitabiles syderum quæ uel errant uel suis sphaeris fixa sunt, pictu-  
ras diuinas cernimus, eorum uagos cursus & uariantes aspectus discerni-  
mus, & hinc uices temporum, temperiem aëris & uirtutem coelestium  
corporum in hæc inferiora colligimus & iudicamus: Rursum diuertimus  
ad terram, & semina uariasue fruges & herbas, earumue temperamenta  
& uires indagamus & admiramur, maximo sanitatis recuperandæ &  
conseruandæ emolumento, quæ nisi uoluptas est, nescio aliam, quæ uel  
utilitate uel temporum diuturnitate superet. Verissimè ergò Cicero, litera-  
rum studia asserit adolescentiam alere, senectutem oblectare, secundas res Pro Ar-  
ornare, aduersis perfugium præbere, delectare domi, non impedire foris, chia Poeta  
pernoctare nobiscum, peregrinari, rusticari: Quod si ipsi hæc neq; attin-  
gere neq; sensu nostro gustare possumus, tamen ea admirationem mirari,  
cum in alijs uidemus & c. Quod grauissimum grauissimi auctoris testimo-  
nium nisi animum hominis percellat, cum stupidum, bardum, barbarum  
existimauerim & marginem,

Quem vel fossorem uoluerunt numina Diuûm

Esse vel agricolam, nec in vlla prætereà re

Scitum aut egregium &c.

Attende magis quid Ictus Pomponius afferat, Ego inquit discendi cupidi- In l. apud  
tate (quam solam uiuendi rationem opt. in 78. annum ætatis duxi) me- 20. de fi-  
mor sum eius sententiæ quam dixisse ferunt Iulianum, Nam & si alterum deicom.  
pedem in sepulchro tenerem, adhuc tamen discere quidem uellem. Id quod lib.  
Cic. etiam de Solone simili ferè sensu refert, qui dixerit τὴν ἀρετὴν δ' ἀρετὴν Lib. de  
σοφίας δ' ἰδ' ἀσκόμωτος. Quorum tam illustrium Virorum uerbis & ex- senect.  
emplis delectatus, ea afferre uolui. Quandoquidem ergò tanta de re literas  
C  
ria existis

ria existimatio & liberalis doctrinae apud opt. quosq; auctoritas est, fontes  
 illi bonarum artium religiosam curam merentur, ne ijs uel obturatis uel  
 coeno turbatis, riuuli perpetuum cursum teneant & limpidiss. atq; saluber-  
 rimos latices fundant & ab omni iniuria uindicerentur. Proinde Scholae qui  
 sunt niduli Musarum, earumue gubernatores, patrocinio, tuitione & uer-  
 natione maxime digni, quibus par gratitudo referri nequit, quod officii  
 ne & Oeconomi maximorum bonorum in uniuersa uita existant, & qui-  
 bus parentes primum uitae initium dederunt, hi ceu alteri parentes iisdem  
 bene uiuendi uiam demonstrarunt. Ideoq; Philippus Macedo Dijs quidem  
 gratiam habet de nato Alexandro, sed eo magis, cum aetate Aristotelis in  
 lucem prodierit, a quo crudiatur, ut patre & regni successione dignus he-  
 res existat. Sed & si altius in commoda rei literariae inquirere, & iustis  
 coloribus depingere uolumus, occurrit amplissimus dicendi campus, modo  
 debitus singulis scientijs, & superiorib. facultatib. atq; linguis locus tribui  
 debeat, occurrunt status in foro seculari & Ecclesiae uniuersi, quorum ni-  
 hil qui ex ijs participet, nullus est: Ita quidem cum artes fontes habeant  
 bonorum inexhaustos, digna uerborum celebratione uix censeantur, nisi  
 rerum fastigia summa sequamur. Primum enim noticiam de essentia &  
 uoluntate diuinitatis literarum studijs acceptam ferimus, & illae con-  
 scientiae pacem, cum nimirum lectione Bibliorum & Apostolicorum scrip-  
 ptorum Scholam & officinam ipsius SStae Trinitatis ingredimur, & sa-  
 luberrimas doctrinas quae simul animo & corpori medentur, inde hauri-  
 mus & imbibimus. Enimvero haec uerae hominis diuitiae, Arabum Persarum  
 uel gazis longe potiores, quibus cum simul hereditatem bonorum coe-  
 lestium & salutis nunquam interiturae possessionem merito Dei munere ac-  
 quirimus, & iam coeli sede locamur. Sed & his terris ea in Remp. litera-  
 riam commoda redundant, ut quod parasitus Terentianus ait, nihil cum  
 sit, nihil desit tamen, & uaticum cuiusq; uitae bonae literae quas quaeuis  
 regio alit, quoad usus poscit ministrent. Neq; sane felicitas uera in diuitia-  
 rum copia sed rerum necessitate consistit, neq; numero sed animo possiden-  
 tis continetur, ne eas dicam luxus & securitatis fomitem & magna irri-  
 tamenta malorum. Certè enim omne immoderatum noxium,  $\nu\omicron\lambda\ \omega\lambda\acute{\epsilon}\omicron\mu\ \mu\iota\sigma\tau\omicron\upsilon\ \delta\chi\upsilon\tau\omicron\varsigma$ , praesertim animo iustitiae & integritatis optime conscio.  
 Tum uero haec literarum subsidia ut in specie exilia apparent, tamen  
 eiusmodi sunt, quae ferentem non grauant, nec furto neq; naufragio auferri  
 possunt,

Gell. lib. 9  
 cap. 3.  
 IIII.  
 Confirma-  
 tio ab vti-  
 li.

Psal. 34.  
 & 37.

ri possunt, neq; prius quam cum uita intercidunt. Id siquidem pulchro  
 Aristippi philosophi exemplo constat, qui facto naufragio expertus, ar-  
 tem ubiq; sufficiens esse uaticum, iussit renunciari Patriæ suæ ciuibus, ut  
 eas sibi pararent possessiones, quæ non interirent, sed nauis etiam fracta si-  
 mul cum possessore enatarent. Quid Apelli principi suæ artis facto nauis  
 fragio acciderit, itidem in medio est, cum in regia Aegypti sede hominis  
 ignoti formam exquisitissimis faciei lineamentis & uiuis corporis colorib.  
 ita exprimeret, ut ab omnibus agnosceretur. Vnde Aristippus idem Cyre-  
 niacus quid differat doctus ab indocto rogatus uenuste, Mitte, ait, ambos  
 nudos ad ignotos & disces. Et licet quidem in liberalis doctrinæ exercitijs  
 tutissimus inopiæ portus cernitur, id quod Iustinianus Imp. in suis Consti-  
 tutionibus de scientia legum gloriatur, quæ scilicet neminem in paupertate  
 uiuere, neq; in anxietate mori permittat, cum etiam Dionysius Syracusa-  
 nus tyrannus imperio exutus, Corinthi literis & musica docenda idem  
 experiatur, tamen longè maior reuerentia & præmiorum remuneratio li-  
 teris debetur. Quotusquisq; enim gubernaculis rerum superest, qui cum  
 pacis tum belli fortunam communi doctorum suffragio non examinet &  
 moderetur, quam uniuersam Deum per manus quasi eorum largiri certum  
 est. O miserrimam urbis regniue faciem & iam inclinantem ruinam, ubi  
 Resp. promiscua idiotarum multitudine defensionem uel potius dissipatio-  
 nem sustinet, & confusiones uitæ atq; negociorum incidere, & paulatim  
 in meram Centaurorum barbariem degenerare necesse est. Nulla enim  
 pars societatis humanæ, quæ doctrinæ adminiculis non aliter atq; elemen-  
 tis carere potest, ideoq; stante Ecclesia & manente hac politica hominum  
 coniunctione, stare simul & manere oportet literas earumq; eruditos cul-  
 tores, quibus sublatis maximum huius uitæ lumen extinctum, & mundus  
 instar cyclopi effosso oculo apparebit, id quod de imperio Alexandri M.  
 ab eius occasu traditur. Magnum uerò in literis hoc etiam momentum,  
 quod asperis ingenijs lenitatem & morib. suauitatem quandam indu-  
 cunt, & formam nouam animis induunt, ut inter mortales pariter omnes  
 gloria humanitatis, mansuetudinis, facundiæ & urbanitatis literati maxime  
 illustres sint, & ciendis in amorem sui quadam illecebra optimorum  
 quorumq; ingenijs felicitatem quandam præ cæteris fatalem experiantur.  
 Certè enim quò quis doctrinæ cultura magis excellit, eò propius ad huma-  
 nitatis laudem accedit, quam tantam censuit Aristippus, ut melius in men-  
 dicum eua-

Nouel.  
 de hære.  
 & Falc.  
 § fi. in fi.

Gell lib. 13.  
 cap. 15.  
 Adde cap.  
 2. eod. lib.

dicim euadere, quàm indoctum assereret, illic enim pecunijs, hic humani-  
tate indigetur: Et ille quidem cum ex naufragio littus Rhodium applicuis-  
set, & tabellam Geometricis figuris consignatam offendisset, se suosq; so-  
latus, fore hoc loco doctos, & proinde erga se hospites naufragos huma-  
nitate usuros esse. Neq; dubium hanc nostram Germaniam, quæ longis re-  
trò annis uulgò malè audiuit, apud exteras nationes, etiam hodiè barbariei  
insimulatur, studio literarum humanitatis & doctorum uirorum consue-  
tudine optimis morib. & uirtutum cultura imbutam & assuefactam, ho-  
nestissimæ famæ gloriam meruisse, ut hoc quidem seculo felicitate & fere-  
tilitate ingeniorum, literarum, linguarum & artium cuiusuis generis as-  
fluentia cæteras gentes anteuertat & obscuret, & multò maxime sinceris-  
tate, maiestate & mansuetudine morum, antiqua uirtute & fide excellat  
& superemineat, ueteri illa morum & inscitie barbarie penitus exuta, et  
in meram ciuilem disciplinæ atq; doctrinæ gratiam, honestatis & integritatis  
ideam transfusa, non aliter, ac si Germania in ipsa Academia Lyceoue  
Athenis, et foro Romano educta eaq; noua & renata in lucem prodijisset.

In fine elo-  
giorum  
doctorum  
Virorum.

Id uerò luculento etiam Iouij testimonio constat, cuius uerba, quòd etiam  
testis grauissimus & homo Italicus, aliàs etiam affectu Patriæ præpeditus  
& Germanorum laude alienior, illa mihi uehementer arrident, ita ut affere-  
re libeat: Hodiè inquit, offertur lætissima seges ab ipsa Germanici coeli foæ-  
cunditate. Occulta herclè syderum commutatione euenisse arbitramur, ut  
illud coelum molestis Boreæ flatibus, frigore geluq; damnatum, horrida  
dudum torpentiaq; ingenia mollierit atq; excitarit. Neq; enim contenti  
Germani sua uetere militiæ laude, qua Martium decus Romanis gentium  
uictoribus ereptum, stabili disciplinæ seueritate feliciter tuentur, ipsa etiam  
pacis ornamenta, literas, optimasq; artes decoquenti Græciæ ac Italiæ  
dormitanti (QVOD PVDEAT) abstulerunt &c. Quæ uerò ma-  
ior hominum animos uoluptas his terris occupet, atq; illibata mentis illesæ  
tranquillitas, studio literarum & cognitione Dei concepta, quum uelut  
& decoro, ex hoc terræ diuerticulo egressi coelestem Patriam mente petimus, &  
SSæ Trinitatis maiestatem intuemur, & præsentis animo compellamus,  
neq; spe precibusq; frustramur. Ea siquidem uera uitæ futuræ simulachra  
& cum Deo colloquia, alia atq; Minois cum Ioue, aut Lycurgi cum  
Apolline fictitia commercia, & oraculi Delphici ambigua atq; damnata  
responsa. Nec quidquam maiorem humani solatiij uim habere putem, atq;  
artes

artes ceu dona Dei iure quoddam possidere, nostris aliorumue emolumentis cum gloria Dei & communi hominum salute cedere, ea quæ perpetua uitæ regula  $\nu\alpha\lambda\phi\alpha$   $\nu\alpha\lambda\omega$  esse debet. Præclare enim scriptum à Platone, non nobis nos saltem natos, sed & ortus nostri partem patriæ, partem parentibus, partem amicis deberi. Quid enim magis rationi humanæ conuenit, quam mutua officiorum uicissitudo & contentio, atq; ita uiuere, ut non frustra nos natos esse existimemus. Inde uerò gloriosi nominis fama nascitur & quadam immortalitate consecrata ad posteros transfertur, beatitudinis gentilis quam unam periculo uitæ bonorumue compararunt, & felicitatis uniuersæ summam fecerunt, omnis expectatio. Neq; herclè melior & durabilior sui memoria, neq; potior hæreditas, recordatione honestioris famæ relinqui potest, quæ posteris omni patrimonio præstantior, neq; è rebus humanis tolli potest, Nam

Effugiunt structos nomen honosq; rogos.

Quapropter famæ celebritatem iam satis exactis, alteram quasi uitam defunctis suppeditare, & minus quidem inuidiæ expositam esse apparet, & uelut secundum, ut mimus habet, patrimonium liberis ministrare. Sanè quò natura cuiusq; generosior est, eò magis amore & spiritu quodam celebritatis impellitur & inflammatur, ut cum in Sigæo ad tumulum Achillis adstisset Alexander, O fortunate, dixerit, adolescens qui tuæ uirtutis Homerum præconem inueneris. Quam uerò boni nominis immortalitatem Achilles consecutus gloria uirtutis rerumq; gestarum, eandem Viri urbisue hospitij & cultura literarum maiori nominis ueneratione compararunt. Hinc ut ut dirutæ & in pulcrem redactæ iacent illæ ueteres Athenæ, fama feruntur & laude immortalis, ubi ueram Musarum sedem, Palladis & Sophiæ arcem, Themidos & Astrææ propugnaculum cernere licuit, cuius lugubre excidium commiserari & complorare, simile sue magnarum rerum ruinas animis uolutare sæpius debemus. Et ut Horat. habet,

Hinc laudant alij claram Rhodon, aut Mitylenem,

Aut Ephesum, bimarisue Corinthi Mœnia &c.

Quarum & ipsarum urbium memoria, præclaris rei literariæ emporijs et doctorum natalibus hæcenus uiguit, neq; obliterabitur. Hinc Alexandria scholis omnium liberalium disciplinarum instructissima, & numero uoluminum ingenti à Ptolomæis regibus conquisito celeberrima, ingenio nunquam excidet. Ah uerò miserrimam tantarum urbium mundi sede omnium

Ad Architam.

Cic. in Cat. maiore.

Cic. in fine Cat. maioris.

Cic. lib. 1. Off.

Ouid. 3. de Ponto.

In Mimis Pub.

Cic. pro Archia.

Lib. 1. Car. ode 7.

Gell. lib. 6. cap. 17.

pulcherrima sortem, quarum pleræq; iugo tyrannidis Turcicae suppressæ,  
 & Rom. imperio auulsæ, morib. & religione barbaræ gentis inficiuntur,  
 & infectæ iam à studijs literarum & ciuilioris uitæ neruis alieni,  
 confusione populorum & morum barbariem rursus quandam resipiunt, et  
 miserrimum fortunæ humanæ spectaculum toti orbi exhibent. Sed & præ-  
 sente seculo supersunt principes uiri, ij etiam ignobiliori fama, qui intra  
 priuatos parietes uictitant, quorum præsidijs reliquæ bonarum artium  
 conseruatæ creuerunt, & in latam segetem sese propagarunt, quibus equi-  
 dem Meccœnatibus par gratia & uenerationis gloria uti referrî non potest,  
 ita perpetua posteritatis recordatione numinum instar humanorum, de  
 uniuerso genere humano benè meritorum, cum laude ferentur. Augustum  
 uerò numerum esse non nego eorum, qui residuam Reip. literariæ salu-  
 tem tutantur, sed eò honorum præmijs & præconijs cumulatiorem, ita  
 etiam ut qui albo eorum inscribi nolit, eum malè sanum existimem, ἀμὸν  
 σὸρ ἡγῆ ἀθροῦ, insulsum, bardum, brutumq; , & ut Horatius,

In epist. ad Boeötum in crasso iurares aëre natum,

Oët. Aug. Qui solis frugibus consumendis strenuus, cum edaci Hercule Augiæ stabu-  
 lum expurget, è fece mundi extrema & telluris inutile pondus, procul  
 exterminandum ad Garamanthas & Indos, perniciofa humani generis  
 scabies, quæ ne suum pruritus alijs affricet,

Ouid. in Ense recidenda est ne pars sincera trahatur.

Metamor. VI. Et hætenus quidem commodis & gloriosa liberalis doctrinæ fama nostra  
 Confirmatio à manu dato & p-  
 missione diuina. occupamur, maior uerò gloria nominis diuini animis insidere & ad literarum  
 amorem extimulare debebat, quæ cum sint munera ex pectore diuino  
 manantia, in quibus gratam de se Deus famam sparsit, ut Plato ait, eaq;  
 ingenio & ministerio maiorum ad nos deriuata, primum quoq; & sum-  
 mum gloriæ locum Deus autor meritò obtinet, commodis uitæ & glorio-  
 læ nostræ etiam interuersis atq; nullis. Neq; enim si amicorum utut leuiden-  
 tia dona spernere non decet, eadem à Dijs profecta in maiori precio ha-  
 benda sunt, cum præsertim ob autorem magnifiant & preciosiora censeantur,  
 qui rationes simul & facultatem donis suis fruendis præscripsit &  
 concessit, radios nimirum mentis & naturæ suæ uires, hoc est rationem  
 & orationem, quibus cætera animantia pariter uniuersa destituuntur.  
 Sed & hoc ornatissimum corporis humani systema ita fabrefecit, ut ora  
 cælo aduersa, creatorè suum agnoscere, et originis suæ meminisse debeant.

Pronaq;



Pronaq; cum spectent animalia cætera terram,  
Os hominum sublime dedit, cœlumq; tueri,  
Iussit & erectos ad sydera tollere vultus.

Ouid. 1.  
Metamor.

Sed uerus donorum Dei usus uertitur in eo, cum doctrinae solertia sicut & ratione brutis excellere, adeo etiam ut diuino præscripto à pueris sacras literas noscere iubeamur, tum quod sicut homines alij ex alijs uitam bonam, **1. Timo. 5.** ue naturali & ciuili successione acquirunt, ita iure & instituto diuino salutem animorum ab iisdem possidere, & uiam quidem eius beatitudinis beneficio doctrinae assequi. Certè splendida est opum & uberrimorum fundorum à parentibus & appetibilis possessio, splendidior liberalis doctrinae & philosophiæ, splendidissima noticiæ & cultus diuini, quæ neq; Cræso neq; cuiquam ueterum sophorum contigit, eamq; ob rem hæc prima hominum cura & extrema uitæ linea esse debebat, ut literaria opera si nullo rerum & opinionis emolumento, gloriæ Dei inseruiat, eamq; uelut lampadem maximè congruam Parentes liberis tradant. Proinde statio eorum qui literis sese dederunt, quarum ductu Ducem suum Christum eiusq; symbola dignoscere & propugnare poterunt, omnium nobilissima & tutissima est, haud dubijs præsidij signis & uictoriæ præmijs propositis. **A simili.** Sicut enim qui bello moderator præsidet, milites uirtute & fide antiqua maximè præstantes, & fortunam Martis ambiguum sæpius periclitatos, uallis castrorum munitos ab irruptionibus hostium defendit, & salutem eorum quærit, deinde etiam auctoramento militiæ solutos, insignibus honorum & liberalitate salariorum renumeratur & spe cumulatiores dimittit: Ita certè qui membra Ecclesiæ Christi existunt, religione iuramenti Deo eiusque legibus seruandis tenentur, ita ut quam quisq; Spartam ab eo accepit, eam inter quasuis hostiles turbas perpetua animi fideiue constantia tueatur, & in actu quod militem fortem decet moriatur, neq; dubium ijs uindicem omnipotentis Ducis dextram adfore, & insidiosas machinationes atq; minas potentum aduersariorum & heresiarcharum oppressas iri, coetusq; piorum ab iniusta manu uindicari, conseruari & magis magisque crescere. Vnde consequitur, cum qui gloria cognitionis diuinæ, & sapientiæ humanæ, & uirtutum quotquot in hominem cadunt, excellere & ferri uolet, literis imbutum esse oportere, ut qui natalium profapia generosiores ortus trahunt, & quodam præminentia lumine ignobiliori plebecule præire debent, summo iure literarum studijs occupentur, ut generis suam

VII.  
Confir-  
matio ab  
exemplis.

nus suum propria uirtute illustrent, sin minus, labe indignioris uitae maculent & obscuritate fama nebulis inuoluant. Id siquidem praestantissimorum heroum documentis monemur, quos Scholas frequentare, Magistros cotidianae uitae socios habere & uenerari, & literas discere non potuit. Hinc inter alios priori seculo Iason fertur, Chirone uitae gubernatore & praefectore, Achilles Phoenice, Timotheus Isocrate, Alexander M. Aristotele, Inter Romanos propiore mundi aetate, Scipio praefectore Polybio, Traianus Plutarcho & Plinio iuniore, Carolus M. Albino, ne longiori catalogo occupati addamus, Iulium Caes. historicum, Octavianum Augustum Poëtam, Vespasianum, Adrianum, Antoninum Pium, et Philosophum, aliosue Honorium, Arcadium, Theodosium, Constantinum etc. quorum tempore praecipua doctissimorum uirorum, Quintiliani, Cornelij Taciti, & Poëtarum, Martialis, Iuuenalis, Statij, Siliij Italici &c. aetas floruit atq; effluxit. Quid quod Imp. munificentia & literarum amore pleriq; doctorum ex humili fortuna ad summos dignitatum gradus euecti, etiam statuas publicas meruerunt? Quid quod Scholas superiores, Academas appellant, proprijs ijsq; incomparabilis precij sumptib. extruxerunt, quorum numero est Carolus M. gymnasij Parrisiensis & Papiensis conditor? Quid quod ubiuis terrarum numerosissimas bibliothecas conquisierint, coemerint & comportauerint. Et ut è re nata de priuatis dicam, Plato tres libros Philolai decem millib. denariùm, Aristoteles pauculos libros Speusippi talentis Atticis tribus mercatus traditur. Quid quod Principes in ipsis castris & medijs hostium armis studia literarum tractarunt, & libros sub manibus habuerunt, id quod recitatur de Philippo Macedone, Et de eius filio Alexandro, qui Homeri opus quod rei militaris uaticum appellare consuevit, semper cubitum iturus unà cum pugione puluicari supposuisse, & unguentario Darij scrinio inclusisse dicitur. Scipio Africanus etiam Cyropædian nunquam de manibus posuit autore Beroaldo. Fertur idem de Carolo V. qui Thucydidem Latio donatum, iugi lectio-  
 ne familiarissimum sibi fecerit. Rectè ergo & sæpius Sigismundus Imp. in Principes Germanicos inuehi solitus, quotquot literas Latinas odissent, & infimis quibusq; ob doctrinam designatis, qui praecipuas gubernationis partes sustinerent, se eos amare dixit, quos uirtutibus & doctrina antecellere uideret, & ijs quidem ornamentis iustam nobilitatem constare & aestimandam esse asseruit. Quid quod amore & ueneratione literarum,

urbibus

Blond, lib.

4.

Pont. de liberalitate.

Suet. in Vespas.

Teste Bap-  
 rista Egnatio.

Gell. lib. 6.  
 cap. 17.

Gell. lib. 3.  
 cap. 17.

Gell. lib. 9.  
 cap. 3.

Plut. in  
 vita eius.

Et Plin.  
 lib. 7. cap.

29.

Teste Bap-  
 Egnatio.

urbibus bello subiugatis, hostes manus inferre pudor suppressit, Sardib. Xenophi.  
 Cyrum intercessione Croesi, Syracusis Marcellum, Archimedis philosophi lib. 7. Cy-  
 precibus, Pyndari uatis penatib. Alexandrum M. euersis Thebis, Alexan- ropæd.  
 drinis Augustum amore Arrij philosophi & urbis, Et digna Principe uox Plin.lib. 7.  
 Demetrii regis in expugnatione Rhodiorum, inuenta Protogenis de Ialysi cap. 37.  
 imagine illustri tabula, Se cum artibus bellum non gerere. Quoniam enim Plut.in uis-  
 optimis & sapientiss. Principib. constaret, artes esse diuinas & fontes om- ta Anton.  
 nium bonorum, eas sacras & inuiolabiles censuerunt. Proinde quisquis tot Gell.lib.15.  
 rerum argumentis Achillæis non mouetur, neq; amore literarum iam am- cap. vlt.  
 plius capitur, cum deplorati & Therfici ingenij, uel mente errare, uel Conclusio  
 tristibus Erynnium furijs agitari meherclè putem. Nam quod & ante me- argumen-  
 minimus communi quidem mundi cursu, licet maxima mortalium pars à torum,  
 literis abhorret, & ij quidem literatos etiam primæ classis, nihilominus Prima ob-  
 Scribas, contumacius etiam scribularas appellitant, striges etiam & strumas iectio à  
 nisi notorio offenderentur mendacio inclamarent, sea & Baccataureos, uel contem-  
 mordacius Bacularios, imò Cucularios & si quid inferius atq; odiosius tu D D,  
 uociferantur, & conuicijs insectantur, Nimirum uicio & malitia homi-  
 num ea peruersitas nascitur, qui optimos quosq; nouercali odio persecuuntur,  
 quibus quòd sunt impares, conscientia suæ indignitatis & inscitie,  
 atq; animi impotentia eos contemnunt, cum etiam ars inimicum, ignoran-  
 tem maximè habeat. Licinius ille foedifragus literis adeò infensus fuisse TesteBap-  
 scribitur, ut uirus & pestem pub. eas appellaret, cum earum adeò expers Egnatio,  
 esset, ut ne decretis quidem subscribere potuerit. Vah! pudeat illa humani  
 generis monstra & καθάρματα, quæ uirulentum animum proprio indici-  
 cio ceu sorices produnt, & Cumani Asini auriculas in leonina luci expo-  
 nunt, seq; proprio gladio feriunt. Quid enim inhumanius, quid insanie  
 propius, quam eos quorum uirtute, consilio & autoritate rerum summa  
 geritur, odisse tamen, eos quidem nutantib. regnorum imperijs desiderare,  
 implorare & columnas supponere, neq; interim ferre posse, abominari  
 sed & rursus euertere. Nimis ergò uerè quod Horat. asserit,

Virtutem præsentem odimus,  
 Sublatam ex oculis quærimus inuidi.

Lib. 5, Oda  
 24.

Et uenustum illud,

Nec possum tecum viuere nec sine te.

Ea siquidem magna animi peruersitas & ludicra inconstantia, uirtutem  
 D nostras

nostras egredientem vires, non mirari quidem, sed suppressere etiam &  
 explodere, opem ab alio quærere, mox illudere, exitio sui ipsius maximo.  
 Sed rursus quisquis sapit, ea hominum stoliditate parum mouetur, &  
 modò stoliditas est, pro deridiculo habenda, sin ingratitude ex malitia  
 profecta, Deo uindicta debetur, nobis præter culpam & peccatum, quod  
 pertimescendum sit, quidquid contentus & miseriarum accidat, nihil ac-  
 cidere poterit, ea quæ gentilium etiam maxima & unica fuit consolatio.  
 Sed & nubecula eiusmodi obrectationum & ærumnarum, quæcunq; li-  
 teras comitantur, citò transibit, id quod Athanasius de Iuliano protendit,  
 & consolationis loco ponit. Sed & impudentia obrectationis temeraria  
 est, & nullius damno cedit, modò præsentia animi cludamus, & inanes  
 impuri oris sonos leuibus uentis committamus, Tum uerò rationi aduersas  
 tur, quæ ad amorem uirtutis & doctrinæ politioris scientiam quemq; extia-  
 mulat, ut uirtus etiam in hoste laudem mereatur. & quod ait Poëta ele-  
 giographus.

Cic. lib. 5.  
 Epist.  
 epist. vlt.

Nomen uirtutis barbara corda mouet.

Virg. 1.  
 Georg.

Secunda  
 obiectio à  
 re milita-  
 ri.

Nisi quis fortè alter Licinius artibus se opponere, rationem oppugnare, et  
 naturam bruti induere uelit, aut etiam Gigantum more Deo bellum indis-  
 cere ausit. Sicut enim ij congestis montibus coelum tentare, & terram aëre  
 confundere moliti, ui fulminis periisse finguntur, non aliter sed re quidem  
 uera, quotquot lucem bonarum artium inscitiae tenebris inuoluunt, artesq;  
 ipsas bonorum præcipuorum fontes sordibus malignæ naturæ conturbant,  
 & Resp. saluberrimis literarum præsijs atq; ornamentis sua barbarie  
 miscere atq; euertere conantur, illi etiam θεομαχῶντις ordinem diuinis  
 tus institutum & pulcherrimæ consociationis hominum neruos conuellere  
 & è medio tollere uidentur, donec fulmine conscientiae percussi palinodiam  
 canant, uel etiam ui numinis opprimantur. Sed & hoc in confesso est, lon-  
 gè maximam ordinis equestris partem genus suum noticia literarum non il-  
 lustrare, sed inscitia deformare, & quodam animi disidio à coetu docto-  
 rum abhorretere, non aliter atq; à lepra, certè cùm ex ordine nobili cernere  
 liceat (excipio gloria originis & uirtutis generosos, qua mensuram nomi-  
 nis implent) alteros Gigantes & Mezentios proh dolor, sed aduersus sti-  
 mulum calcitrantes, quorum ora, uultus & umbra saltem plurimos infe-  
 cit, & à Musis ad Martem, ab oloribus ad aquilas abduxit, magno gene-  
 ris sui dedecore & Reip. detrimento. Sed quid si literariam, neq; tamen  
 militarem

militarem artem negligant, fortè etiam *ἄνδρα ἀχίρα* aut uelitaris pugnas  
 fortunam experti, tum dictu mirum, quas pugnas narrant & cicatrices  
 ostentant, Pyrgopolynices credas, Thrasones tantum qui literas longè retrò  
 militiæ postponunt, earumq; quodam fastidio nauſcaue tenentur, quòd ocis  
 um pariant, paupere & obscuro loco deliteſcant, improbitas autem laboris  
 & rerum gestarum gloria magno ſepè fortunarum ſcœnore in armis con-  
 ſiſtat? Neq; uerò laudi & ſorti bellicæ refragamur neq; inuidemus, Sed &  
 hoc damus, tantum emolumentum & urgentium atq; fatalium cauſarum in  
 armis collocatum, uti maximam communis hominum ſalus debeat ijs gra-  
 tiam. Ea enim omnium ſeculorum à diluuiò tempora & hominum mores **Gene. 14.**  
 fuerunt, rapinis ſeditionibus & iniurijs aſſueti, ne paci magis quàm armis  
 locus fuerit. Niſi enim triſtiſſimum ſeruitutis onus ſepius ſubire & extor-  
 res penatib. profugere uelimus, ſi uitæ turpitudinem aliquam & nominis  
 infamiam amoliri, & rem mali exempli declinare deſideremus, ſi dignitas  
 tem & facultates noſtras tueri cupiamus, ſubindè armis decertandum, qui-  
 bus pro ſalute Reip. pleriq; militum occupantur, tanta quidem contentione,  
 ut fortunæ omnes, parentes pariter & liberos amittere, quàm commodis  
 publicis deeſſe, & uitã pro morte paciſci malint. Vnde eſt ea quam ſapiens  
 antiquitas mouit, controuerſia, liberos Reip. magis quàm ipſorum Parentum  
 commodis & tutelæ natos eſſe: Licet enim Patris perſona, à quo ui-  
 tæ exordium pendet, ſemper ſancta & uenerabilis eſſe debeat, & ea qui-  
 dem cum filio naturã ſeu propinqui ſanguinis ratione una eademue cenſea-  
 tur, & Pater more ſori Rom. ueteris ius uitæ neciſue liberorum habuerit,  
 tamen liberi ſimul uſui Reip. naſcuntur, ut aſſerit Ictus Vlp. in l. 1. § ge-  
 neraliter 12. de uent. in poſſ. mit. Imò liberos magis utilitati publicæ, quàm  
 proprijs parentibus naſci conſentaneum, etiam Platone teſte, qui ortus no-  
 ſtri partem Patriæ primam, ſecundam parentibus, tertiam amicis uendi-  
 cat. Sed & contentione nata, quibus plurimum officiij tribuendum ſit,  
 principes Patriam & deindè parentes Cicero adducit, mox addens, quod  
 omnes omnium charitates una Patria complexa eſt &c. quem locum quod  
 Octauianus Auguſtus legerit ueriſimile eſt, quum cum Virum eloquentem  
 & Reip. amantem prædicauit, fortè uiſo Off. libro, referente Plut. Hanc  
 ob rem uita, maxima ex parte commodo Reip. debetur, ita ut ſiquidem  
 neceſſe ſit, quiſq; paratus ſit mori, priuſquam uelit eam aut euerſam, aut  
 iugo ſeruitutis ſubiectam, aut fuga eam deſerat. Nam **Plato in 6.  
de ll.**

Gene. 14.

Vlp. in l. liberto.

De obſeq. pat. præſt.

luſt. in l. fi. C. de

imp. ſubſt. Constant.

in l. fi. C. de pat.

potest. In Epist.

ad Archyram.

Lib. 1. Off. Epist. 5.

fam. lib. 10

Plato in 6. de ll.

D 3

PRO

Hom. lib.  
15. Iliad.

Pro patria magnum decus est profundero vitam &c.

Sed & Parentes ipsi, nimia uti uidetur in liberos seueritate & superstiosa in Remp. religione affecti, eos leuibus etiam ex causis ultimo supplicio adiudicarunt, modo ut militaris disciplinae ordo, nusquam turbaretur et ad amissim inuolabilis custodiretur, exemplum ceteris statuerent. Quae enim inhumanitas Posthumij Tiburti, quae inclementia Manlij Torquati, uindicta necis in proprios filios & quidem hostium suorum uictores constituta, cum satius esse dicerent, Patrem forti filio, quam Patriam militari disciplina carere. Ea quidem religiosa militaris studij obseruatio, Romanis tot bellis uniuerso ferme aduersante mundo occupatis necessaria fuit et salutaris, quae principatum Italiae imperio Rom. peperit, & multarum urbium, magnorum regum ac ualidissimarum gentium regimen largita est, fauces Pontici sinus aperuit. Alpium Tauriq; montis conuulsa claustra tradidit, ortumq; e parua Romuli casa totius orbis fecit columnen, sed tamen aliquando modum medicina excessit. Hec uero manifesto sunt indicio, magnum in rebus humanis uirtutis militaris usum existere, cuius studio quotquot tenentur, modo iustam causam foucant, nomen boni ciuis qui publicae salutis quam priuatae uitae amore magis inflammatus se deuouet, & laudis atq; nominis immortalitatem quandam merentur. Hinc ergo felicitate & gloria rerum, posteris in hunc usq; diem celebres Scipiones, Decij, Marcellus, Fabius, Masinissa, Flaminius, quorum

Ouid. de  
Phil.

Facta ducum uiuunt, operosaq; gloria rerum  
Permanet, haec auidos effugit vna rogos.

Gell. lib. 5.  
c. 6. & lib.  
2. cap. 11.  
Plin. lib. 22  
Gell. lib. 13.  
cap. 23.  
Virg. II.  
Aeneid.  
meminit  
trophæo-  
rum.  
Cic. lib. 1,  
Off.

Et initia quidem amplissimorum triumphorum atq; ouationum prima fuerunt, ut dignum labore militiae in media Reip. luce brabium bene meritis ciuib. extaret, & exemplo honestate uestigijs maiorum ingrediundis cum quadam emulatione reliqua iuuentus extimularetur. Hinc ortae & uictoriae praemio designatae a S. P. Q. R. diuersi generis coronulae, triumphalis aurea uel etiam laurea, obsidionalis graminea, ciuica querna, Hinc arcus Romani, sub quibus spolia hostium suspensa perpetuo uictoriae monumento, qualia etiam M. Marcellus Viridomaro detracta, & querno trunco affixa gestauit in Capitolium, Hinc trophæa, qualia Pompeius deuictis Hispanis in iugis Pyrenaei montis posuit, Hinc sumtuose pyramides, & statuæ magnorum uirorum, habitu fere militari, illa omnia honorum rei bellicae clarissima argumenta, Hinc prima ex subiugatis hostium praedijs agrisque

*dijs agrisue militaria bona, & priuilegia, prisco Feudorum uocabulo, ea quæ hæredibus etiam cederent, quo quidem beneficio milites in officio uirtutis & fide obligati tenerentur, & liberos ad imitationem strenuitatis alerent, unde etiam quarundam gentium moribus laudabiliter receptum, ut à morte parentum facultas eorum bonorum in manum principis recidat, cuius arbitrio in dignos familia & parente conferrentur hæredes. Et ea quidem honorum bonorumue amplitudo, uirtuti militum legitimo bello pro aris focusq; laborantium & periclitantium, & illa auctior etiam debetur, cum non aliter atq; Pelicanus pullos proprio sanguine perfundit & uitæ restituit, ita etiam aliorum saluti suum sanguinem impendunt, uulnera, exilia, seruitutes, & crudelissimas sæpè mortes obeunt. Sed hætenus quidem partes militum, & quidem fauorabili satis patrocínio agimus. Nondum tamen assequor, quibus ex causis opera literarum ociosa censetur, cum etiam ea ipsa militia sit, togata quidem, quam etiam armis præferre oporteat. Licet enim uita philosophorum turbis hominum minus exposita, ocium & suauitatem quandam habere uidetur, periculorum minus, plus commodorum afferens, Quid uerò ocij, quid ignauitæ & somnolentiæ in eo, qui uires corporis uniuersi exercet, sensusue interiores pariter & exteriores rebus indagandis intendit, spiritibus cerebri perturbatis & ægritudinem animi sæpè attrahentibus, ipsis etiam corporum membris sæpè attritis & labefactatis, ut nimis uerè experientia classis literariæ homines doceat, liberalib. studijs uniuersum hominem occupari, corpore & animo? Et Cicero testis est, omnino illud honestum quod ex animo excelso querimus, animi non corporis uiribus effici. Quid quod crassa illa Bocötorum ingenia, cum profundis doctrinarum cogitationibus minus conueniant, mæchanicis opificijs & negocijs militaribus deputantur, solo externorum membrorum ministerio occupati, homines etiam plumbei, caudices, stipites, asini sufficiunt. Et utut aliquod rei scholasticæ ocium esse possit, honestum est, sed & molestum, ut ex ocio negocium sit, quale illud Scip Aphricani, qui se nunquam minus ociosum asserit, quam cum ociosus, nec minus solum quam cum solus esset. Et id quidem ocium quam habet, in cognitione honestarum & utilium rerum uoluptatem positam habet, eam tamen quæ maturum senium plerisq; & maxima ualitudinis aduersæ uicia contraxit, ita uerò in tutò collocatum, ut præstantes quiq; Viri uel infelicitate uel præcipiti fortuna consiliorum, suum sibi existium atq;*

Cic. in Oratione p Muræna de laude militiæ. De priuilegijs Luuen. saty. vlt.

L. Confutatio ab ocio honesto.

Lib. I. Off.

Cic lib. 3. Off.

E

tium atq;

II. **Confutatio à necessitate militiae literariae.** *tium attraxerint. Sed & ea literarum conditio, ut maior armis earum usus sit, domi in foro & curia, militiae in castris, quae non minus quam domus urbanae, consilio gubernationis & praesentia doctorum uirorum indiget, modo praemeditato omnia consilio prius, quam armis experiri satius est. Nam in eo maxime fortuna belli uertitur, iustitiae causae nitatur & magnitudine, quibus id commodis rerum futuris geratur, quo suo & hostium numero atque uiribus, quo locorum situ, qua aëris temperie, quibus strategematis & remoris, uel etiam ut consilio pacis securiore ambiguus Martis euentus auertatur, eoque finibus nostris leuiori rerum dispendio hostis reijciatur. Praeterea non minor, imò maior militaris quam togatae disciplinae seueritas sit oportet, & innocentiae uitae atque morum honestati legum frenis consuli & iudicia exerceri necessum est, quibus ex praescripto iustitiae moderandis, ut etiam poena delicto commensuretur, circumstantiae & momenta actionum sagace rationis iudicio, usu rerum & doctrinae, suis quibusdam libramentis regenda atque ponderanda erunt. Insuper initio & successu rei bellicae continuo legationes hinc inde decernuntur, mutua colloquia celebrantur, auxilia conscribuntur, conciones habentur, literae diuersimode conficiuntur, solis rerum notis seu signis, insidijs hostium declinandis olim perscriptae, qualis ille Lacedaemoniorum fuit  $\sigma\kappa\upsilon\tau\acute{\alpha}\lambda\eta$ . Tum uero armis & uiribus utrinque attritis, uel aduerso alterius partis praelio positis, uia restaurandae pacis salutaribus transactionibus inquirenda, foedera coeunda, & pactorum legibus stabilienda, quorum omnium expedita & maxime profutura administratio, ministerio doctrinae & uirtute excellentium gubernatorum consistit. Licet uero quod aiunt, Musis nihil sit commune cum Marte, & officijs bellicis militares uiros maxime adhiberi solere, eorumque operam manuum praелиs feliciter gerendis saepius probatam non negauerim, nihilominus nec ipsi ueritati refragari poterunt, legibus militiae et iudicijs, quibus incredibiles saepe militum copia reguntur & disciplinae uinculis coercentur, sua initia e castris Musarum profecta, quarum inopia hostilem uim, quam priorum militum licentiam continere leuius fuerit. Cedamus etiam munia status bellici, citra opem Reip. literariae geri & absolui posse, nisi tamen ea simul ministra commodo maiore, negotio minore certiore etiam sortiantur effectum, cum iudicia citra doctrinae societatem aberrare & impingere ualde lubricum sit, Vnde praecclare à Cicerone dictum, parui foris esse arma, nisi sit consilium domi.*

Hinc

Gell. lib.  
17. cap. 9.

Lib. 1. Off.



Hinc est, quod iudicium Areopagitarum gloriatur, quorum consilio The-  
 mistocles bellum ad Salaminem gessit & confecit, Hinc celebrat leges &  
 disciplinam Lycurgi, cuius beneficio Pausanias & Lysander parentiores  
 habuerunt exercitus & fortiores, Hinc neq; Ajax, nec Achilles, sed Vlysses  
 πολίπορος literis Homeri celebratur, id quod etiam Cicero memi-  
 nit, Hinc dux ille Græciæ nunquam optat, ut Aiæcis similes decem habe-  
 at, at ut Nestoris quandoq; quod si acciderit, non dubitat quin Troia bre-  
 ui sit peritura, ut in Cat. mai. Bellorum autem disciplina ordoue sanctissi-  
 mē fœciali populi Rom. iure perscriptus est, Ictorum etiam ueterum libri  
 de re militari citantur, Tarentini Paterni, Aemilij Macri, Arrij Menan-  
 dri, Iulij Frontini, Et extat integer tit. ff. de re milit. Extabant etiam olim  
 plurimæ Impp. Constitutiones de re mil. Citatur etiam disciplina Augusti  
 à Macro, Gellius etiam allegat multò librum antiquiorem ead. de re Cato-  
 nis lib. 7. cap. 4. Nisi ergo cæcutiant uel talpa cæciores, quantum literis  
 debeant, militares crassiore ingenio natos uel hinc colligere & perspicere  
 licebit, quidquid in contrariam sententiam contrarius sibi Cicero & foro  
 usus pro Muræna afferat. Longè uerò etiam amplitudine commodorum li-  
 teræ armis præstant, & gradu dignitatis primario, quod quatenus à ue-  
 ritate non exorbitet, differendum, Suus certè locus industriæ armorum &  
 ille quidem eximius relinquatur, finibus imperij ab iniurijs hominum uin-  
 dicandis, alijsue quas meminimus ex causis, sed & consilia inter tempe-  
 states bellorum manu militari quædam expediuntur, ut ex felicitate euen-  
 tuum tandem æstimentur, quæ quidem præcipuè ab arbitrio Dei pendet,  
 ita nihilominus in rebus fortiter & sapienter gerendis uertitur, unde lu-  
 men quoddam suæ præstantiæ acquirunt. Hanc ob rem Themistoclis etiam  
 quædam Solonis nomen illustrius uideri, Pausaniam & Lysandrum fama su-  
 perare Lycurgum, in medio est, ut non inanis controuersia oborta sit, &  
 suffragia in utramq; partem existant, quæ potissima rebusne belli an urba-  
 nis gloria debeatur, quod argumentum præsertim ad causarum forensium  
 patronos quos Impp. Romani militib. conferunt, translatum Lud. Bolog-  
 ninus disertè persequitur, Magis etiam D D. in l. Centurio 15. de uulg. et  
 pup. subst. Eberh. in top. Loco ab ord. nu. 13. Sed rursus suus etiam lite-  
 ris locus & superior manet, quòd consilia doctorum ipsis armis priora  
 esse oportet, & consilio omnia prius experiri, quàm armis satius est, ut  
 Comicus ait, ut etiam lenta & circumspècta consilia, felix plerunq;

In epist.  
famil. 192.

In l. of-  
fium  
12. § 1.  
de re mil.  
Adde Val.  
Max. lib.  
2. cap. 2.  
III.

Confuta-  
tio à mili-  
tæ litera-  
riæ digni-  
tate & uti-  
litate.

Cic. lib. 1.  
Off.

In l. aduo-  
cati. 14. C.  
de adu.  
diu. iud.

Terent. in  
Eunucho.

eventus sequi soleat, quo modo felicia arma absq; consilijs esse non posse, consilia absq; armis plurima esse posse apparet. Et sanè ueteribus Romanis ipsisq; Principibus non minus studium fuit circa leges, quibus concordia ciuium domi conseruaretur, quam circa rei militaris disciplinam, qua imperium propagaretur, id quod etiam Latinus Poëtarum pater Virg. docet hac parænesi,

Lib. 6.  
Aen.

Tu regere Imperio populos Romane memento,  
(Hæ tibi erunt artes) pacisq; imponere morem,  
Parcere subiectis & debellare superbos.

Quoties uerò hoc etiam hominum seculo usuuenit, ut Principes leuissimis causarum momentis incitati, materiem ferendi belli ultrò captent, fortè stulta honorum æmulatione, impotentia irritati animi et uindictæ libidine, uel auaro prouinciarum animo, alijsue id genus affectibus & causis non necessarijs indulgentes, quibus pleriq; præcediti in Græca pariter et Romana Rep. miserrima seipsos strage & extrema interneccione gentes uniuersas perdidērunt? O sacra res consilium, & medela dubijs & desperatis malis, cuius remedio cœcos animorum impetus sanare, fatalia bella ab ultroneis, legitima arma ab iniuriosa ui secernere, incendia bellorum sopiare, pacem incolumem fouere licebit, quam priusquam quis amissam uelit, calamo, prece & precio pugnet, & argenteum hosti pontem sternat, amissam uerò consilio simul armisq; recuperet, quod Altera poscit opera res & coniurat amicè. Consilio enim sæpè bella aut non suscepta, aut confecta, aut illata, ut magis decernendi ratio quam fortitudo decertandi expetenda uideatur. Interim uerò cùm domi uiuitur, Reip. salus eò securiore loco consistit, & sua incrementa pacis subsidio quo res parua crescunt acquirunt, legibus etiam honestis promulgatis, quibus uirtutum amor præmio, delictorum terror poena constituta animis hominum inseritur, & ita quidem coetus & munia publica tranquillo omnium rerum statu conseruari sine alicuius offensa poterunt. Deinde etiam frequentibus auditorijs sonant optimarum quarumq; rerum scientiæ & artes liberali ingenio congruæ, quarum ductu infallibilibus doctrinarum fundamentis ratio imbuitur, consiliorum neruis quibusdam roboratur, eorumq; exercitio ceu ferrum cote magis magisq; acuitur & absoluitur, ut nisi paci, neq; literis locus sit, nisi literis neq; absolutæ rationi, nisi rationi neq; consilijs, nisi consilijs neq; Rebusp. salutariter regendis ulla commoditas aut occasio relinquitur.

Horat. de  
arte Poet.  
& Iust.  
Imp. tit.  
de Iust. C.  
conf.  
Lib. 1. off.

quatur. Hanc ergò literarum præstantiam uel potius maiestatem opt. Imp.  
 Iustinianus libenter agnouit, & tanto honore euexit, ut quos doctrinæ  
 laude primipilos audiret, comites palatij assumeret, & secretis consilijs &  
 summis Reip. gubernaculis adhibitos, titulo illustrium & magnificorum  
 appellitaret, amicos etiam suos & parentes cum Alexandro Imp. prædi-  
 care non dubitaret, adderet hoc etiam, aduocatos causarum non minus hu-  
 mano generi prouidere, quàm si prælijs atq; uulneribus patriam parentesq;  
 saluarent. Neq; tamen solam hanc consiliorum laudem curiæ & legum sci-  
 entia arrogandam esse censemus, sed si qua est prudentia, ea fontes suos  
 ex artibus hausit, quæ primis scientiarum principijs atq; elementis qua-  
 dam ordinis perpetui lege docendis occupantur, & ingenijs paulatim ex-  
 politis & suos intra ueluti carceres coërcitis, quid in quaq; re uerissimum  
 ostendunt, ut etiam qui acutissimè & celerrimè potest & uidere & expli-  
 care rationem ueritatis, is prudentissimus & sapientissimus meritò habeat-  
 tur. Artes enim in contemplatione & inuestigatione ueri uersantur, quæ  
 rum regulis etiam non aliter atq; legum uinculis astringimur, & ad amo-  
 rem & imitationem ueritatis & uirtutum deducimur, ea quæ uera philo-  
 sophia est, ut non immeritò philosophi, uirtutum etiam magistri appellen-  
 tur. Magis uerò etiam magna prudentia pars est, illa quæ ex literis nasci-  
 tur, moderatè de se sentiendi modestia, & lenta quædam mentium circum-  
 spectio, documentis etiam alieni exempli probè instructa, ne spebus ulte-  
 riores gradus petamus quàm pedibus scandere possumus, neue magis in  
 præsens quod ante pedes est, quàm futura à tergo spectemus, & euentus  
 rerum quoad eius fieri potest prospiciamus. Familiaris autem plerisq; inge-  
 nijs illiteratorum omnibus, magnarum rerum arrogantia & aureorum  
 montium pollicitatio, quæ etiam cultura humaniss. artium nondum emol-  
 lita neq; septis disciplina arctioris assuefacta, in quandam effroenem mo-  
 rum licentiam erumpunt, unde temeritas & audacia nascitur, maximæ  
 Reip. pestes & naufragia. Ea uerò iam amplius animum subit & occu-  
 patum tenet opinio eos quotquot pacem, iustitiam & prudentiam maxima  
 Reip. tuendæ ornamenta amant, meam calculis suis sententiam approbare,  
 fortitudinem togatam militiæ atq; armis præferre, castra Musarum Marti  
 antepondere, ijsq; laudem principatus & triumphum ascribere. Sed &  
 cæteris hoc accedit ἀξιολογὸν sententiæ nostræ argumentum, ita condi-  
 tam hanc hominum societatem, diuina pariter & naturæ lege, ut illece-

In d. tit.  
 de Iust. C.  
 conf.  
 L. 4. C. de  
 cont. stip.  
 L. 4. C.  
 Locati. &  
 § Filius f.  
 Inst. Quib.  
 mod. pat.  
 pot. solu.  
 In d. l. ad-  
 uocari C.  
 de adu.  
 diu. iud.  
 Lib. 1. Off.  
 Plato in  
 protago-  
 ra.  
 2. & 5.  
 Tusculi.

bra uoluptatis quadam, & initia & uitæ metam contemplemur, & nos-  
stram simul corporis fabricam suspiciamus, familiares etiam hominum  
congressus expetamus & mutuis meritorum officijs alamus, docendo uel  
iuuando: Sed quis est qui uel in uno satisfecerit, nisi Dei noticia, religionis  
& uirtutum cultu, aliarumue utilium rerum solertia instructus sit, nisi  
agrestium morum & naturæ nœuis, exemplo & præceptis honestæ uitæ  
commonefactus desuescat, & pacato temporum statu consortijs equali-  
um & amicis parandis assuescat, quò alludens felicitate carminis eximius  
Pœta Stigelius ait,

Vtq; alios alij de relligione docerent,

Contiguas Pietas iussit habere domos.

V.  
Confuta-  
tio ab in-  
iurijs &  
damnis  
militiæ.  
Vnde ce-  
lebre illud  
C. Marij  
apud Val.  
Max.lib.  
5. cap. 16

Cic. pro  
M. Mar-  
cello.

Scholas ergo Musarum nidulos & uirtutum omnium alueolos, & fideles  
earum Oeconomos esse oportet, quorum penu commoda literarum & do-  
ctrinæ uniuersæ deprompta communicentur, & animis liberalium homi-  
num instillentur, quod operum humanorum maximum est & potissima la-  
borum hum. pars, hominisq; finis maximè salutaris. Qualis uerò qualis  
armorum conditio, calamitates secum trahit maximas, & gentium ruinas  
miserrimas & utriq; parti exitiosas, ut quod dici solet, fleat uictor, uictus  
intereat, ideo certè, quod tot confluentibus diuersarum terrarum turbis,  
ius sit in armis, & leges timore opprimantur, fides & pietas prostrata  
iaceant, rapinis & iniurijs hominum uiuatur, & latus omninò uicijs cam-  
pus aperiatur, ut longè melius officium boni ciuis, obedire legibus, quàm  
multos peperisse triumphos, id quod Plato ait, longè etiam proinde C. Cæ-  
sare Scipionem Reip. salutare magis, qui iuris inuiolati quàm trium-  
phorum gloriam superiorem censuit, asserere ausim. Quæ uerò inquietudo  
corporum & uigiliæ nocturnæ ex bellis, quis perpetuus terror & iam  
oculis obuolitans mortis imago ex armis, quæ animi uulnera ex plusq; belu-  
ina conflictantium laniena & cædib. mutuis, quàm tragici exitus, Patriæ,  
parentumue & liberorum lugubres complorationes, ciulatus, lacrymæ,  
exequiæ? Id siquidem experientia militiæ edoctus Cyrus sensit, cum ad  
Gobryam ait, multò sibi iucundius esse humanitatis quàm rei bellicæ glo-  
ria præstare. Huc accedit, quod legitimi etiam belli incertus exitus, cuius  
maximam partem quasi suo iure fortuna sibi uendicat, quòd occasiones  
præliorum negligere, consilijs adoriendi hostis errare, & optimè etiam  
cogitata fraude eludere liceat, Sed & fortuna coeptis aspirante, id quod  
prosperè

prosperè geritur, id penè omne ducit suum, aut titulo societatis saltem uenit: Eius uerò gloriæ, quam rerum doctrina adeptus fueris, socium habebis neminem. Neq; pluribus iam opus est, cum præsertim causa pro se uerba faciat, tam illustri loco posita, ut qui non agnoscat neq; suffragijs muniat, Cymmerijs tenebris mentem eius teneri existimem, quæ nullam lucem, nullam emendationem recipiat, elleboro & uel tribus Anticyris purgandam, nulli autem saniorum ulla magis dubitatio inhæreat, quin literas saluberrimis doctrinarum fonticulis scaturientes adeat, degustet & pleno ore hauriat, Pegasæo fonte longè uiuidiores, sed & officinas literarum ingrediatur, & potissima arma uel instrumenta politijs pariter & ecclesijs defendendis & regendis inquirat, & inde depromat, neq; spe emolumentorum frustrabitur. Neq; enim dubium, quotquot sapere uelle uidentur, eos si literas negligant atq; oderint, desipere, & munera diuina contemnere, quorum usus in uniuersas uitæ partes spargitur, & in potissima humani generis parte, quicquid uel hominum infimorum uæcordia atq; ἀσέλγηα uel futili Thraasonum iactantia mundus contra debacchatur, moderante Deo conseruabitur,

Pascere liuor iners odio, saturare furore,  
 Mors tua, recta Deum facta colentis erunt.  
 Lucifugæ Momi, Tandem bona causa triumphat,  
 Vos pudor, at Musas palma suprema manet.

ΕΚ ΤΩΝ ΤΟ ΚΛΕΙΣ

F I N I S.

σφάλματα quæ Typographo properanti obrepserunt.


A prima facie 2. linea seu uersu 14. lege Quisquis. A 3. fac. 1. uers. 9. lege ferat nisi. Ibidem uers. 14. lege inuitare pro imitari. B 1. fac. 1. in margine lege: A futili uanitate uulgi. Ibidem uers. 10. lege opponant pro apponant. Ibidem uers. 19. lege. Intercedit dissimilitudo. D 1. fac. 2. uers. 9. lege portendit pro protendit. D 3. fac. 2. uers. 26. lege exempli pro exemplo.

[d. v. Lambert Lindolf Helm]









ORATIO PRO REPVB:  
LITERARIA,

An principem locum inter  
CAETEROS HOMINVM ORDINES  
vniuersos, etiam militares teneat,

OPPOSITA ADVERSVS LL  
*terarum humanitatis Momos, & artium liberalium mastigas,*

PRÆCIPVE IN  
GRATIAM ORDINIS EQVE  
STRIS ET MAXIME HONORA  
bilium familiarum, quæ in primis literarum con  
rentu offenduntur &c. Cum Oeco  
nomia Rhetorica,

A V T O R E

Cyriaco Edino Lunæ  
B V R G E N S I.



MAGDEBURGI  
EXCVDEBAT ANDREAS GEHEN.  
M. D. LXXVI.

